CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI, G. DINDORFII ALIORUMQUE PHILOLOGORUM PARATA.

PARS III.
AGATHIAS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXVIII.

AGATHIAE
MYRINAEI
HISTORIARUM
LIBRI QUINQUE

CUM VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS

BON. VULCANII.

B. G. NIEBUHRIUS C. F.

GRAECA RECENSUIT.

ACCEDUNT

AGATHIAE EPIGRAMMATA.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXVIII.

IMMANUELI BEKKERO

SUMMO IN RECENSENDIS GRAECORUM
SCRIPTIS ARTIFICI

UT APUD POSTEROS AMICITIAE MONUMENTUM EXSTET ET
NOVA BYZANTINORUM EDITIO FAUSTO OMINE PRODEAT

HANC AGATHIAE RECENSIONEM DEDICAT

B. G. NIEBUHRIUS.

PRAEFATIO.

Agathiae historiarum, non magnae molis libri, nunc demum prodire editionem, Bonnensis historicorum Byzantinorum collectionis principium, nemo aequus reprehendet, dummodo comperrerit quam arduae nobis hoc opus aggredientibus obstiterint difficultates. Etenim in oppido, ex cuius prelis typographicis nunquam antea exisset paulo grandior liber graecus, neque typorum compositores in hoc genere satis exercitati aderant, neque correctores sphalmatum usu docti, qui, moderante Schopeno, manumque ultimam operi admovente, satis accurate gnaviterque in hoc labore versarentur. Itaque tardissime progressi sumus. Est tamen quo nos solemur: nam ingenti taedio ac labore hoc certe perfecimus ut nullum paulo gravius relictum sit mendum in graecis, atque in scholiis criticis: nam de versione latina, quam abiicere maluissem, ego certe parum fui sollicitus. Reliqua illa quum Schopenus, ab aliis bis correcta, emendasset, ipse quanta potui cura per singulas litteras recognovi. Iam vero in posterum hae aerumnae aut superatae sunt aut certe valde imminutae; invento viro erudito et impigro qui correctioni plagularum totum sese dabit; ita quidem, ut Schopeno nihil amplius curandum remaneat quam quod aliis laboribus obsitus exsequi possit.

Agathiam edendum ab initio mihi ipsi sumpseram: quo tempore de huiuscemodi difficultatibus, quales deinde expertus sum, non cogitabam; ac simul, maiore nondum excitata spe, id solum mihi proponebam, ut vulgata editio quatenus coniectura atque ingenio sine libris perfici posset emendaretur; eiectis plurimis, qui Parisinam editionem foedant, erroribus, temerariisque novationibus. Legeram librum,

non omnino illepidum, ante multos annos, rerum cognoscendarum causa, cumque memoria repetens mihi persuadebam illa ratione, non excoli quidem atque ornari, verumtamen ita corrigi posse ut, spinis atque sentibus evulsis, satis expeditus evaderet. Erat autem iam tum mihi cognitus atque valde carus *Ioannes Classenus*, Hamburgensis, qui HERMANNI, viri summi, disciplina institutus, huc venerat, ut nos quoque, qui in hac litterarum universitate disciplinas philologicas explicamus, audiret. Hunc ego iuvenem egregium, quem nunc in contubernio atque domestica mea familiaritate vivere gaudeo, rogabam, ut Agathiam attente perlegeret, quaeque ipsi in mentem venirent annotaret: mihi enim opus aggredi, propter negotiorum frequentiam atque adversam qua tunc premebar valetudinem, nondum vacabat. Fecit is quod cupiebam sine mora ac valde sedulo: eiusque schedis acceptis ipse Agathiam accurate evolvendum sumpsi: plurima, quae emendatione persanari possent, a Classeno rite perspecta animadverti: quaedam improbavi: non pauca quae ille non attigisset correxi ipse. Qua via ingressus, prioribus libris diligenter excussis, quum eos peius longe quam antea cogitaveram se habere perspicerem, neque ullum ex libris subsidium aderat praeter ea quae, suasu meo, e Suida congesserat Classenus, versionem Personae quaerere coepi, quae instar codicis esset. Eam mihi ex bibliotheca gymnasii Coloniensis suppeditavit humanitas eruditissimi Birnbaumii: atque hoc accepto libro novum lumen operae nostrae affulsit. Etsi enim homo non minus stolidus quam indoctus ita vertit ut plurimis singularum paginarum locis insulse delirantem audire videaris: — quippe qui de sensu, non dicam probabili sed ullo, minime sollicitus esset: — habuit tamen ille ante oculos codicem plane egregium, cuius verba singula exprimere saepe tentavit. Itaque multae emendationes, quum Classeni tum meae, illo auctore comprobatae sunt: id vero inprimis gratum erat, quod, quae in Vulcanii codice exciderunt, ubi aut verba aut incisum integrum deesse videram, ita apud Personam translata inveniebam, ut sensum sine ulla dubitatione tenerem, verba cum aliqua saltem probabilitate graece restituere possem. Quibus subsidiis si contentus fuissem, et liber iam edi poterat aliquanto emendatius, et nonnullam inde fortasse abstulissem doctrinae atque acuminis laudem. Verum enimvero quum ex Leunclavii praefatione ad editionem versionis Personae Basileensem perspexissem quam longe codex Rehdigeranus prae-

stitisset Vulcaniano, quamquam exigua spes de libro esset qui sub annum 1594. frustra fuisset requisitus, adii tamen per litteras Passovium, v. cl., si forte codex iste inveniri, atque, illo conciliante, usus eius a Praetore atque Decurionibus obtineri posset. Egit Passovius strenuissime ac felicissime causam meam, seu potius litterarum, quarum laude floret ipse: neque minore voluntate usus sum senatus splendidissimi municipii; quo iubente codex huc transmissus est. Eum bis contulimus, ne quid non animadversum remaneret: nam primo id fecit Classenus solus: deinde iterum et ille et ego; hac ratione ut per vices alter impressum alter scriptum codicem aut praelegeret aut inspiceret. Itaque id spondere audeo in hoc genere nihil fieri posse accuratius.

Iam vero collecta amplissima lectionis varietate, quum ex his quae ipse Vulcanius fatetur colligerem typothetas nonnunquam in expediendа codicis, qui nunc in Lugdunensi bibliotheca servatur, scriptura errasse, valde optabam ut varietas Rehdigerani libri cum Lugdunensi conferri posset. Neque hoc meum desiderium frustra esse passum est incredibile Geelii, v. cl. litterarum, quas tam egregie ornat excolitque, omni occasione oblata iuvandarum desiderium, cum summa erga me benevolentia coniunctum. Ei igitur — cui, quod unum possum, ingentes gratias me habere mihi conscius sum, — hoc debeo quod varietas *Rehdigerana* cum Lugdunensi libro accuratissime collata est; idque cum magna operis mei utilitate: constitit enim in haud paucis locis dissensum, qui inter scriptos libros esse videbatur, ortum esse in editione Vulcaniana. Verumtamen sic quoque manet tanta inter utrumque codicem diversitas, ut, si unquam hic certe, duas librorum stirpes cernamus. Variant enim inter se saepissime non solum ubi in altero scriptura corrupta est, verum etiam ubi nihil refert utro modo legatur. In his vulgatae inhaerere, quum plane appareat codicem ex quo originem ducit inferioris esse notae, nimis timidi aut superstitiosi; — ex utroque pro arbitrio recensionem confingere, temerarii foret hominis. Ego id mihi faciendum esse vidi quod fecisset unusquisque cordatior homo, cui hic scriptor primum edendus in utroque codice oblatus fuisset: praestantiorem in universum mihi sequendum elegi, ita tamen ut animus liber a superstitione corrupta ex altero emendaret.

Qua lege quum in conficienda recensione versarer, coniecturas in eam vix admisi: sunt tamen inter locos ubi uterque codex in vitio

conspirat pauci quidam quos certa ratione coniiciendi sanari posse apparebat. Dixi supra, usu Rehdigerani codicis evanuisse laudem criticam quam ex hoc edendi labore percipere aliquatenus fortasse potuissem: de qua re silerem omnino nisi reprehensionem vererer nullam fere meam in eo apparere operam. Libere dicam quomodo res se habet: modo nuda divinandi vi, modo versionis adminiculo non pauca recte conieceram, lacunas quoque supplendo sarcieram: de quibus monere, ex quo certa pro coniecturis suppeditavit Rehdigeranus, sive eadem plane sive meliora, contempsi. Laudemne captarem me ipso facti teste? Tum vero, ut id saltem pro viri boni indole fieri posset, ea quoque indicanda fuissent ubi me errasse apparebat: utrumque sine ullo litterarum fructu. Alia ratio in commemorandis Classeni coniecturis fuit. Qui ipse meum exemplum secuturus se nominari recusabat: atque a me contendebat ut eadem lege quam mihi scripsissem se quoque metirer. Verum assensum extorsi auctoritate mea iuveni pudenti: ut illum et philologis commendarem et viris illustribus qui rem publicam Hamburgensem tenent. Argumenta librorum conscripsit, indicesque confecit idem Classenus, ex quibus illi qui res et nomina complectitur pauca quaedam adscripsi. Accentuum, orthographiaeque rationem stabiliendam suscepit in se Schopenus meus: de cuius doctrina atque ingenio quae sentiam, hac opportunitate usus praedicarem; nisi haec quoque praefatio antequam liber in publicum emittatur ab eo inspicienda esset, praevideremque tunc eum summa ope pugnaturum esse ut illa delerem. Is igitur totum Byzantinorum opus, quatenus in hoc oppido typis exscribetur, ita moderabitur, ut singulas plagulas correctas, antequam sub prelum immittantur, ad examen revocet; isque ut constans in accentibus et orthographia servetur ratio curabit. Tenendam autem sibi proposuit eam quae viris primariis, qui cummaxime graecos libros edunt, placuit. Ego vero, si arbitrii mei esset, vulgarem potius servassem, quam Graeci hodie sequuntur. Perspecta certe res est, horum maiores iam inde a saeculo X. apices inter scribendum apposuisse, ita ut pronuntiandi modum efformarent: itaque hos saltem libros: Annam, Nicetam, ceteros: in accentibus ad Alexandrinorum grammaticorum canones revocare, mihi quidem non alia ratione fieri videtur quam si in Latinos ultimae aetatis eum orthographiae modum inducere placeret a quo in Plauto recedere nefas foret. Aga-

thias autem, atque ipse Procopius, longe propius ad inferioris illius quam ad probae aetatis scriptores accedunt. Sed illa res, ut plura alia quae in summis dicendi auctoribus magna sunt, in huiusmodi libris minimi momenti est. Ut tamen verum confitear; ipse, perspicuitatis gratia, tacitus mutavi quod a scriptoris orthographia profectum esse non dubito: *μέλλειν* enim semper in utroque codice uno tantum *λ* scribitur. Neque magis indicandum esse putavi quoties *N* *ἐφελκυστικὸν* ex codice adderem.

Epigrammata libenter omisissem: quum retinere necesse esset, multo plura et emendatiora iis dedi quae Vulcanius ex Anthologia Planudea collegerat: cuncta scilicet quae in Palatina servata sunt, additis iis quae in capite *περὶ εἰκόνων* exstabant, quo plenius habuit Planudes quam nos epigrammatum collectionis exemplum. In his criticum non egi, nisi quod perpaucis locis aut aliorum emendationem aut Planudeam lectionem Palatinae praetuli. Latina, elegis comprehensa, quae Iosephus Scaliger, atque Ianus Dousa e graecis Agathiae fecerunt, in virorum honorem retinui: quo facto ne illa quidem omitti potuerunt quae in eodem genere confecit, addiditque Vulcanius.

His expositis, iam finem praefationi faciam, quum de libris quos adhibui, siglisque quas in scholiis posui quae necessaria sunt exposuero.

R. Codex Rehdigeranus: chartaceus: scriptus circa annum 1560., impensis Thomae Rehdigeri, in Italia; et quidem procul dubio Romae; a duobus tribusve amanuensibus, credo bibliothecae Vaticanae scriptoribus: quorum saltem primum fuisse Graecum ex ductibus clare patet; postremus autem alienigena fuit, graecaeque linguae fere rudis. Exscriptum esse ex codice Vaticano non dubito, quo Persona usus fuerit. Interpunctionem ad sensum accommodatam vix usquam habet, sed interiectis septenis vel octonis pl. m. vocabulis puncta ponit. In margine correctiones aut coniecturas exhibet nonnullas, quas Leunclavium auctorem habere credo, qui eum a. 1576. utendum acceperat. Quem codicem quum Vulcanius secum communicari peteret, responsum est eum non comparere: neque id falso: inscriptio enim testatur anno demum 1658. iterum illatum esse in bibliothecam Rehdigeranam a Christiano Hofmanno ab Hofmannswaldau, poeta insulso et obscoeno; at cive, ut hinc colligere licet, non inutili.

Lugd. Lugdunensis, bibliothecae academicae, 54. inter libros

Vulcanii, qui Agathiam ex eo edidit: in catalogo p. 346: — bombycinus, saec. XIV: interpunctione satis accurate distinctus; in prioribus libris valde mendosus, in posterioribus multo praestantior. Subiiciuntur in fine duo epigrammata: alterum Agathiae de ludo tabulae Zenonis Aug., alterum, quod hic quidem eidem Agathiae, in Anthologia vero Leonidae Alexandrino tribuitur. Id h. l. *ἰσόψηφον* inscribitur, addito in utriusque distichi fine numero ͵ϛχ i. e. 6600, qui ex litterarum valore pro numeris positarum conficitur, dummodo secundum distichon cum Lugdunensi scribatur:

Ἀλλὰ τανῦν μερόπεσσιν ἐράσμιος· ὀψὲ γὰρ ἔγνων
Ὁππόσον Οὐρανίας Καλλιόπα προφέρει.

Vulg. Vulgata, i. e. Lugdunensis cum editionibus quae ex illa originem ducunt.

Ed. pr. Editio princeps Vulcanii, quae prodiit Lugduni 1594.

Par. Parisina, a. 1660, in corpore scriptorum historiae Byzantinae.

Edd. Editiones, princeps et Parisina, ubi a prototypo, Lugdunensi codice, desciscunt. (Venetam negligentissime ex Parisina transcriptam esse, nihilque omnino propriae dotis habere, nemo est qui nesciat.)

Intpr. Versio Christophori Personae, ut exstat in editione Basileensi Pernae.

Cl. Coniectura Classeni.

Scribebam Bonnae postr. Kal. Ian. MDCCCXXVIII.

DE VITA AGATHIAE, EIUSQUE LIBRIS HISTORIARUM.

Agathias natus est Myrinae [1]) in Aeolide Asiae: [2]) patre Memnonio, rhetore [3]), matre Periclea, matrona sanctissima, quam triennis amisit [4]). Haec quum mortua ac sepulta sit Constantinopoli, credibile est patrem sese illuc in urbem regiam contulisse, ad quam undique ex provinciis graeci sermonis confluebant qui doctrinae ingenioque confiderent. Fratrem habuit virum honoratum, cuius tamen nomen ignoramus [5]): sororem Eugeniam, doctam puellam, discordi matrimonio cum Theodoto quodam coniunctam [6]). Agathiam, penultima syllaba correpta, nos vocamus; Graeci idem nomen, pro accentus ratione, Agathíam proferunt: idque eum ipsum, ceterosque illius aevi homines, fecisse, ita ut penultima longa uterentur, ex ipsius epigrammatis apparet [7]). Disciplinis litterarum, quas, qui liberali animo essent, percipiebant antequam se ad legum Romanarum studium converterent, Alexandriae studuit: unde anno 554., Iustiniani vigesimo octavo, post horribilem terrae motum,

1) Prooem. Hist. p. 8. 9. ed. Bonn. Smyrnaeus vitiose dicitur apud Eudociam, atque in nonnullis Suidae codicibus. 2) Unde Asianus vocatur in Anthologia Palatina. 3) Prooem. l. c. — Epigramma Michaelii inter testimonia. 4) Epigr. 43. 5) Ei simul cum patre atque Agathia fratre statuam posuerunt Myrinaei: Epigr. Michaelii. 6) Epigr. 53. 54. 7) Epigr. 36.

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίου ἐννεάς εἰμι —

Epigr. 72.

Ἀλλὰ πατήρ με πόληος ἐναλλάξας Ἀγαθίας —

Haud aliter in Latio Prudentius *Asclepiadem*, Sidonius *Euripidem*, penultima producta posuerunt: hic, carm. IX. 231. *Orchestram quatit alter Euripides*, ille Peristeph. X. 42. *Asclepiades ire mandat milites*: cf. ibid. 108. 392. 548. 687. 921. Scilicet cuncti ista ita proferebant, at *Antiochiam*, *Alexandriam*, *Basilium*, eadem syllaba correpta. Atque in universum tenendum est, graeca pronuntiandi rationem, quam permulti inter nostrates medio quod vocant aevo adulto ortam esse contendunt, quae tamen, ut ex voluminibus chartaceis et inscriptionibus pictis constat, in Aegypto sub Caesaribus recepta erat, regnante Iustiniano non aliter quam sub Palaeologis Constantinopoli obtinuisse. Hoc qui perspexerit facile intelliget Agathiam nostrum *Χερωνεὺς* prima correpta protulisse, repudiandamque esse coniecturam quae epigr. 100. *στῆσαν Χαιρωνεῦ* pro *στήσαντο Χερωνεῦ* scribi iubet.

quem Alexandria ipsa, nunquam antea moveri solita, senserat, Constantinopolim regressus est [8]. Quem studiorum iuvenilium cursum qui reputaverit, non dubitabit Agathiam tunc decimum octavum aetatis annum egressum non fuisse, eiusque natalem in annum 536., vel sequentem, incidere. Quum vero Berytus illa clade collapsa esset, non dubium est eum in urbe regia antecessores audivisse. Quae studia quum quinque annos implerent, quarti in quodam epigrammate meminit [9]: et alibi leges Romanas artem suam esse ipse profitetur [10]; quarum cognitionem cum dicendi facultate ita coniunxit ut causas ante tribunalia oraret: idque Constantinopoli, ubi in basilica clientibus operam dabat [11]. Causidici tunc scholastici vocabantur [12], unde Agathiae cognomen haesit. Tenuit autem istud vitae genus invitus, ac necessitate coactus, ut victum sibi quaereret [13]: nam ad amoeniora studia sevocabat adolescentem honesta voluntas. Exaruerat nondum poësis, vivebantque adhuc in ore hominum fabulae vetustatis: quin florebant in aula ipsa atque inter proceres qui versibus pangendis gloriam sibi quaererent: quamquam non imminebat solum verum iamiam ingravescebat barbaries, quae mox, extincto penitus antiquitatis lumine, densissimis tenebris, morumque immanitate, Graecas regiones foedavit, stuporemque pro prudentia induxit. Ad hasce delicias Agathias delatus, primum amatoria carmina brevia scripsit, quae in novem libros, Daphniaca inscriptos, collegit [14]: pluraque praeterea eiusdem generis alia: e quorum numero multa supersunt epigrammata, non invenusta. Postea, sed regnante adhuc Iustiniano [15], collegit, atque in septem libros digessit, epigrammata, siquidem eius verba ad litteram interpretanda sunt recentiorum, non-

8) Hist. II. 16. p. 99. 9) Epigr. 4. Illo anno λύται dicebantur, unde τὰ λύσιμα τῶν νόμων — inscr. epigr. 23. — explicari posse videntur. Agathias trans portum in regione Peraea morabatur, ut postremorum decem librorum singularium difficultatibus solvendis operam daret, procul ab urbis strepitu remotus. 10) Prooem. l. c. 11) Hist. III. 1. p. 138. Quod Smyrnae causas orasse coniecerunt, propterea quod Σμυρναῖον σχολαστικὸν in libris corruptis vocari vidissent, id vero usque ad stoliditatem argutum est commentum. 12) Iac. Gothofr. ad C. Theod. VIII. 10. 2. Tom. II. p. 627. ed. Lips. 13) Hist. III. l. c. 14) Epigr. 7. 15) Id ex praefatione apparet.

dum edita [16]): quod si ita est, quaecunque in hoc genere Iustiniano antiquiora, post Philippum Thessalonicensem scripta, legimus, alia corona, cuius mentio omnis perierit, comprehensa fuisse necesse est. Qua opera, quam Theodoro Decurioni [17]) inscripsit, palam est eum potentiorum, quales Paulus Silentiarius Macedoniusque exconsul erant, quorum plurima colligebat poëmatia, favorem aucupatum esse. Ex his Paulum laudibus non immeritis extollit, atque clientis officiis comiter colere videtur [18]). Hoc ipso Paulo, nisi me coniectura decipit, Eutychianoque quodam hortantibus [19]), mortuo Iustiniano imperatore [20]), ad historiam aevi sui scribendam animum adiecit: quum ad trigesimum certe aetatis annum pervenisset. Credo tamen eum diu colligendis tantummodo narrationibus operam dedisse: namque opus quod ad nos pervenit adeo exiguae molis est, ut, quum ea quae de Chosrois exitu narrantur acciderint anno 577., nemo sibi persuadeat illi conscribendo decennium potuisse impendi: imo eo amplius. Nam ne ista quidem de Persarum regis fuga et morte mox post eventum scripta esse, perspicue apparebit consideranti [21]). Haud tamen debilis coniectura est, quando Agathias de Mauricii gestis narrabat, hunc adhuc privatum fuisse: quippe quem, absque ulla summi fastigii commemoratione, Pauli filium, magistrum militum, vocat. Id vero ad refellendam Fabricii opinionem sufficeret; qui sibi persuaserat Agathiam, quo tempore Evagrius historiam absolvit, scilicet anno 593., nondum edidisse: at illa, accuratius inspectis verbis quae vir nunquam sine laude commemorandus festinantius legit, ipsa per se concidit [22]). Itaque Agathiam Tiberio adhuc regnante, ante annum 582., quo anno Mauricius imperium adeptus est, e vita decessisse arbitror. Nam obitu eius factum

16) Prooem. p. 6. 17) S. Palatii; de quo officio consule I. Gothofredum ad C. Th. VI. 23. 1. II. p. 126. 18) Hist. V. 9. p. 297. 19) Prooem. p. 7. 8. 20) Ibid. p. 11. 21) Hist. IV. 29. p. 272. 22) Locum posui inter testimonia. Verba *εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες* ad scriptores quos nominaverat referri non possunt: quae si Evagrii mens esset, ratione iubente, scripsisset *τυγχάνουσιν*. Sunt illa omnino mendosa, et nescio qua de re interpretanda quae Mauricii animum movere potuerit ut supplici regi auxilium denegaret.

esse quod historiae opus ad finem non sit perductum, Menander innuit, oratione usus parum quidem apta [23]), sed pravae interpretationi minime obnoxia: modo meminerimus Chosrois mortem viginti fere annis post Hunnorum adventum in Thraciam, ubi quinti libri narratio abrumpitur, accidisse. Ac ne quis forte suspicetur ad molestiora negotia delatum, atque ita otio quod historiae scribendae tribueret privatum esse, in eodem vitae genere permansisse vel cognomine teste compertum est. Quo concesso quis credat fieri potuisse ut sponte omitteret gratum laborem a quo omni vi atque unice persequendo negotiis forensibus se distineri queritur [24])? quae tamen cumulate offerri alias laetandum sibi esse fatetur, ne inopia prematur. Nemo tamen hinc concludat Agathiam annumerandum esse infelicibus illis qui, ne fame vexentur, a litteris recedere coacti sunt. Nam illa erat scholasticorum condicio ut eorum avaritia legibus esset compescenda: neque clientibus caruisse credemus virum qui insigni facundiae gloria et vivus et post mortem floruit. Itaque, nisi lusus est ista de sua sorte querela, illis accensendus erit Agathias qui, nisi admodum laute vivere aliisque largiri possunt, egere sibi videntur. Quae quidem opinio epigrammate confirmatur quo ille, pater oppidi dictus, in municipio suo locum, antea obscoenis immunditiis foedum atque detestabilem, purgasse, atque eleganti aedificio, nescio quo, ornasse dicitur [25]). Alia fortasse praeterea pietatis officia in patriam contulit: quae non minus propter hanc virtutem quam eloquentiae causa, eum cum patre Memnonio et fratre statua ornavit [26]): cuius honoris, quum olim fuisset vulgatissimus, illo tempore, in privatos collati, vix aliud superest exemplum.

Mansit autem viro laudato etiam post funus eadem insignis fama eloquentiae: ad quam referendum esse videtur quod Menander, qui eius historiam continuavit, infantiam suam tam vehementer excusat. Itaque quum, renatis sub Basilidarum imperio litteris, eandem laudem appeterent pusilli ingenii homines, Agathiam imitandum sibi sumpsit Leo Diaconus, ut Hasius v. ill. indicavit: cui quod placue-

23) V. testimonia: *ὡρμήθην ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Ἀγαθίου.* 24) Hist. III. 1. p. 138. 25) Epigr. 72. 26) Epigr. Michaëlii.

rit in huius scriptoris, quo edito permagnum certe cepit historia incrementum, sermone exquirendo splendidum philologiae documentum edere, id facundissimos quosque Atticos, si quis ad manes de factis nostris rumor manat, non sine invidia ferre existimo. Hodie Agathias vix cuiquam ultra mediocritatem assurgere videbitur: licet G. I. Vossius, haud levis auctoritatis vir, tersum eius atque floridum dicendi genus praedicet. Certe ipse sermo graecus a puritate, quae tamen minima laus esset, longe abest; ac, ne a vitiis quidem grammaticis immunis, haud raro degeneris loquelae nota foedatur: tum vero admixta dialectorum, ionicae praesertim, epicorumque verborum varietate, sive quaesita sive imprudenter assumpta, saepissime offendit. Quae ut condonaveris aevi infelicitati, praecipuaeque difficultati scribendi lingua emoriente, antequam adulta sit atque e matris consortio exierit vulgaris, qua iam quotidie utuntur; tamen, ut laudem tribuas historico, sapientiam gravitatemque requires: at id non minus frustra in Agathia nostro. Imo potius ieiunum ingenium in sententiis prodit quas saepissime profert, tritas admodum atque e locis petitas communibus: ubi vero argute loqui satagit frigidissimas. Viri boni animum cum ostentatione prae se fert: neque tamen, quantum dignoscere licet, falso: immunis ab insectatione pariter atque ab adulatione per universum opus: cuius, quaecumque in eo reprehenderis, ad cognoscendas res gestas summum pretium atque unica utilitas est. Italica tamen negotia parum cognita habuisse videtur, in orientalibus longe versatior. Quem si Procopio quum ingenio tum civili militarique prudentia longe inferiorem esse Gibbono facile concesseris; fatebere tamen eadem ratione super ceteros omnes, qui consecuti sunt, eminere: virum autem multo meliorem esse Procopio.

Christianus an fuerit, in utramque partem disputatum est: verum edito epigrammate quo tabulam Archangelo dedicat [27]), illam religionem professum esse extra dubium est. A quo si discesseris, inter cetera quae proferri possent firmissimum eiusdem opinionis argumentum esset, quod apophthegma ex novo foedere sibi notum esse prodit [28]). Neque

27) Epigr. 4. 28) Hist. III. 12. p. 165. cf. Indicem graec. s. v. ζηλόω.

id tamen certum foret indicium: etenim, dominante religione Christiana, paucos illos gentiles qui Constantinopoli degebant talia nota habuisse non est quod dubitemus: atque ubi id profert Christianum loquentem inducit. Mitem vero animum in reprehendendis alienis sacris, nisi improba sint atque immania; et indulgentiam quae errori in huiusmodi rebus, utpote non voluntario, veniam tribuit[29]); inter saevos illius aevi furores vix alibi exspectares quam apud eos qui dominantium crudelitate et saevitia vexarentur ipsi. Itaque probabile est, gentili patre procreatum, graecanicisque studiis innutritum et delectatum, ne legum poenis hominumque violentiae obnoxius esset, non opinionis vi adductum, Christianis se adiunxisse.

Historiarum libri vulgo ex codice Lugdunensi inscribuntur *περὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας*: vitio manifesto: quum scriptor se de morte Iustini Germani f. — qui iubente Iustino iun. Imp. necatus est — IV. 22. p. 255. : atque de Chosrois fine (577.) IV. 29. p. 272. dicturum esse promittat. At idem codex recte, pro illius aetatis more, quem ab Evagrio, Ioanne Epiphaniensi, aliisque servatum videmus, libros *τόμους* vocat.

Codices scripti perpauci supersunt. De Rehdigerano et Lugdunensi, quibus usus sum, dixi. Vaticanum membranaceum esse, antiquum, mihi significavit Ang. Maius v. ill. qui variantes scripturas ex quarti libri initio delibatas speciminis loco misit. Eae cum Rehdigerano libro ita conveniunt ut valde probabile sit hunc inde exscriptum esse. Exscriptus autem est ex codice integro: ut Vaticanus, monente Maio, nunc quidem est, suppletis a recentiore manu aliquot foliis, sed quoniam ea aliquando deerant, inde ortae sunt lacunae in versione Personae; licet codici quo is usus est cum Rehdigerano proxima intercedat affinitas. Tamen hic Vaticanus codex ut aliquando inspiciatur, optandum est; quo plane de fide atque auctoritate Rehdigerani constare possit. Praeterea ex Montefalconio Harlesius Fabricio adscripsit, integrum opus exstare graece inter codices scriptos Ottobonianos; atque in cod. MMIV. bibliothecae Vaticanae antiquae

29) Hist. I. 7. p. 28.

Agathiam de bello Gothorum: e contrario in Marciana Venetiis cod. DCCXII. libros posteriores, deficientibus primo et secundi parte: scilicet, ut videtur, illa ipsa de Narsetis bello Italico narratione.

Quum autem Agathias in eorum numero fuerit historicorum quos Constantinus Porphyrogenitus in eclogas redigi iussit, leguntur ex illo tria de legationibus excerpta in Codice Bavaro, quorum collatio cum editis debetur doctissimo Spengelio. Multo plus idem scriptor ad titulum de sententiis conferre debebat, quem nuperrime in luminis oras reduxit ill. Maius: vir iuvandis litteris divinitus saeculo nostro concessus, et „cui nemo civi' neque hostis quibit pro factis reddere operae pretium." Sex folia de his excerptis superesse is nos edocet (Coll. Vaticanae scriptorum graecorum II. p. 464.): quorum collationem ab eius amicitia petissem, impetraturumque fuisse certe scio; verum opere iam profligato nolui molestus esse viro minime otioso.

Praeterea superest in Parisinae regiae cod. MDCI. membranaceo, Fonteblandensi, folium unicum, cuius lectiones quae variant, dedi. Iisdem fortasse terminis continetur fragmentum *de Francis* Laurentianum LIX. 17. 9. — ubi in plut. LXXIV., 13. 64. varia ex quinque *libris* excerpta inveniri, Harlesius annotavit, Bandinium secutus, cat. codd. gr. II. p. 530. III. p. 113. quod opus inspicient quibus illo frui posse contingit.

Hadrianus Iunius Animadversionum I. 4. ut interpretis oscitantiam et vecordiam confutaret, aliquot Agathiae locos graece transcripsit, multis annis ante principem editionem graecam. Ac planum quidem est, Iunium videri se uti exemplari graeco voluisse: quae tamen affert ea cuncta ex Suida desumpta sunt; terminantur enim plane iisdem finibus quibus illius excerpta, eiusque scripturam dissentientem a codicibus repraesentant.

Editiones tres graecas, quae hucusque prodierant, supra in praefatione indicavi: ubi etiam de latina versione egi, quam Christophorus Persona, prior S. Balbinae, confecit: qui itidem partem librorum Procopii transtulit. Eam in Fabricii bibliotheca, ab Harlesio recognita, invenio im-

pressam esse Romae ap. Iac. Mazochium 1516. fol. repetitam deinde Augustae Vindelicorum per Sigism. Grimm et M. Wirsung 1519. 4. et postea cum Procopio atque Iornande, aliisque affinis argumenti libris, praemissa Beati Rhenani praefatione, Basileae ap. Hervagium 1531. fol. et Lugd. 1594. 8.:— dedicationem Personae ad Sixtum IV. Pont. M. editam esse in dissertationibus Zeni Vossianis II. p. 141—144.

Ego usus sum editione quae a Fabricio dicitur prodiisse anno 1576. Basileae ap. P. Pernam; sed anni notam in exemplo quod mihi adest frustra quaesivi. Ibi Agathiae praemittuntur Zosimus a Leunclavio, Procopius a Raphaele Volaterrano, Personaque ipso, versus: subiiciuntur ambo Iornandis libelli, et Leonardus Aretinus de bello Italico. Quod Fabricius in hac editione versionem Agathiae ex recensione sive interpolatione Io. Leunclavii haberi dicit, is error est. Nihil mutavit Leunclavius; contentus locis non adeo multis in margine correctionem indicare: sed quum, finita impressione, Rehdigeranum codicem utendum accepisset, ea quae interpres, sive propter codicis defectum sive ob alias nescio quas rationes, omiserat, vertit: non paucis locis plane insanam versionem meliore mutavit: ea omnia sub finem praefationis collecta proposuit: *Agathiam interpolatum* inscripsit.

Bellum Butilini, primum librum Agathiae, secundique initium, magnus Grotius vertit in Historia Gothorum, Vandalorum et Longobardorum, Amstelod. 1655. 8.: eam versionem loco Vulcanianae non posuisse, quatenus patet, licet deinde ad peiorem redeundum fuisset, male me poenitet.

Haec hactenus. Nam de Anthologia Agathiae disserere, ab hoc loco meisque rationibus maxime foret alienum.

TESTIMONIA ET IUDICIA DE AGATHIA.

ΜΙΧΑΗΛΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἡ πόλις Ἀγαθίαν τὸν ῥήτορα, τὸν στιχαοιδὸν,
   δίζυγος εὐεπίης ῥυθμὸν ἀγασσαμένη,
ὡς μήτηρ ἐτέλεσσεν ἐφ' υἱέϊ, καὶ πόρε τήνδε
   εἰκόνα, καὶ στοργῆς μάρτυρα καὶ σοφίης·
Μεμνόνιον δὲ τοκῆα, κασίγνητόν τε σὺν αὐτῷ
   ἔστησε, γενεῆς σύμβολα σεμνοτάτης.

Evagrius, *hist. eccl.* IV. 24. *ex ed. Rob. Steph.*
πέπρακται δὲ καὶ ἕτερα τῷ Ναρσῇ λόγου πολλοῦ ἄξια, Βουσελίνον καὶ Συνδούαλδον καταπολεμήσαντι, καὶ τὰ πολλὰ προσκτησαμένῳ μέχρι Ὠκεανοῦ· ἅπερ Ἀγαθίᾳ μὲν γέγραπται τῷ ῥήτορι, οὔπω δὲ ἐς ἡμᾶς ἀφῖκται.

Idem, *ibid.* V. 24.
τὰ ἐχόμενα δὲ τούτῳ (τῷ Προκοπίῳ) Ἀγαθίῳ (sic) τῷ ῥήτορι καὶ Ἰωάννῃ ἐμῷ τε καὶ πολίτῃ καὶ συγγενεῖ καθ' εἱρμὸν ἱστόρηται, μέχρι τῆς Χοσρόου τοῦ νέου πρὸς Ῥωμαίους φυγῆς, καὶ τῆς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀποκαταστάσεως, Μαυρικίου — ὑποδεξαμένου — βασιλικῶς, καὶ — καταγαγόντος, εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες.

Ioannes Scholasticus Epiphaniensis *initio fragmenti.*
τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοί τε καὶ Μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἔπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος βασιλείαν, γέγραπται Ἀγαθίᾳ τῷ Μυριναίῳ, ἀνδρὶ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ ῥήτορσι καταλεγέντι διαφανῶς, καὶ μετάγε Προκόπιον τὸν Καισαρέα τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους πραχθέντα ἀναγράψαντι.

Menander Protector *ap. Suidam s. v.* Μένανδρος.
ὡρμήθην ἐπὶ τήνδε συγγραφὴν, ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν.

Suidas et Eudocia s. v. Ἀγαθίας.
Ἀγαθίας σχολαστικὸς Σμυρναῖος (meliores Codd. ap. Suidam

Μυριναῖος) ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τὸν Καισαρέα, τὰ κατὰ Βελισάριον, καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Λιβύῃ πράξεις· τουτέστι τὰ κατὰ Ναρσῆν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τὰ ἐν Λαζικῇ καὶ Βυζαντίῳ. οὗτος συνέταξε καὶ ἕτερα βιβλία ἔμμετρά τε καὶ καταλογάδην, τά τε καλούμενα Δαφνιακὰ, καὶ τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν· συνήκμασε δὲ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ καὶ Μακεδονίῳ τῷ ὑπάτῳ, καὶ Τριβουνιανῷ, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων.

Scholium Palatinae Anthologiae.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου, οὐ στέφανος ἀλλὰ συναγωγὴ νέων ἐπιγραμμάτων. ἤκμασεν δ' οὗτος ὁ Ἀγαθίας ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου· ἔγραψεν δὲ καὶ ἱστορίαν καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα Δαφνιακά· ἔγραψε δὲ ταῦτα ἐπιγράμματα πρὸς Θεόδωρον Δεκουρίωνα.

Ger. Ioh. Vossius *de histor. graecis* II. 22.

Multum illa tempora ornabat Agathias. — Dictione utitur tersa et florida. Gentilem fuisse praeter alia ostendit illud *φασὶν*, quo libro III. utitur cum sermo fit de martyrio B. Stephani.

Gibbon, *the history of the decline and fall of the Roman empire:* c. XLIII. ann. 47.

We must now relinquish a statesman and soldier (Procopius), to attend the footsteps of a poet and rhetorician.

SPECIMEN VERSIONIS CHRISTOPHORI PERSONAE.

Lib. II. capita 28. 29.

Nunc autem ubi de Chosroe perpauca explicarim, confestim ad ea me referam, quae narrare iam coepi. Non enim hunc Persae solum ultra, quam decet, laudibus ferunt et demirantur; sed Romanorum plerique ut eloquentiae studiosum, et qui ad nostrae philosophiae summam pervenerit notionem, et Graeca opera in Persicam linguam nonnulla transtulerit: (addunt tamen et stagiretem, id est, vini amphoram, longe melius perpotasse, quam rhetor paeanicus olori perscripserit fabulam): quinetiam Platonicis imbutum dogmatibus tradunt, atque adeo, ut ne Timaeus hunc quidem praetereat, tametsi lineari speculatione divarietur, et naturae rimetur motus, nec Phaedon ipse, neque Gorgias, vel dialogorum autor alius quisquam, ut Parmenides, et caeteri item, quibus varia sententiarum profunditate sunt multa conscripta. Ipse vero non egregie adeo hunc eruditum fuisse existimaverim, ut summam disciplinarum teneret. Qui enim fieri id poterat, veram illam et liberam ut veterum nominum pronunciationem, ita et rebus *ipsis* maxime congruentem, lingua quaedam ut agrestis, et rudior, et a Musis penitus aliena servaret? quo inquam pacto vir regio fastu ex immodicis adulationibus ab ineunte aetate illectus, ac vivendi consuetudinem nactus supra modum barbaricam, et qui bella semper et acies animo agitarit, exerceri in his poterat disciplinis, ex hisque sibi fructus aliquid vendicare? Quod si quis idcirco hunc laudet, quia quum rex esset, et Persa, tantarumque gentium et maximarum rerum curam haberet, utcunque tamen degustare artes literarias voluisset, ex eaque ut gloriam, ita et animi capere voluptatem, profecto et ipse hunc laudarem, perinde prae caeteris barbaris admirandum. Sed qui hunc nimium sapientem appellant, et quasi philosophos caeteros praestitisset, omnium artium disciplinarumque causas nosse affirmant, et qualem fortasse peripatetici maxime eruditum praefiniunt: deprehendetur is haud dubie nihil prorsus ea, quae vera sunt, pervidisse; sed vulgi duntaxat famam sectari. Vir quidam genere Syrus, Uranius vocitatus, dum Byzantii versaretur, artem quidem medicam profitebatur, sed Aristotelicae disciplinae prorsus ignarus, nil denique vera cognitione tenebat; fremebundus tamen et insolens quammulta se percallere iactabat: et quum forte inter coetus hominum versaretur, ut erat suapte

natura contentiosior, saepe etiam pro regiis porticibus ipsis astabat, plerumque in librariorum tabernis venalitiis assidebat, et ad hominum turmas se eodem cogentium, verba magnifica perinde mirabundus et stupidus factitabat, consueta quaedam de deo, longis verborum ambagibus. his, qui se circumsisterent postulantibus, qualis nam scilicet esset illi natura, quae nam substantia, utrum afficiatur, utrum curae sit expers, et alia quaedam eiusmodi. qui vero ista profitebatur, ne grammaticum quidem adiisse unquam crediderim, nec vitam forte rectiorem egisse. Proinde putent hi facile aliquid esse et plane promptissimum, aut cuique pervium, quod vulgo fertur, pedem porrige, et Theologiam attinge: quum hanc constet rem esse et probatam, et inexplicabilem, et longe superiorem, quam ut eam assequi cogitatio queat imperitorum, qui ignorando hanc demirentur. Sunt namque, qui vesperi ex ipsa statim ebrietate et crapula impediti quammulta deblaterent, deque excellentissimis rebus illis, diviuisque quaestionibus sermones indecenter incoeptent, et in eiusmodi nugando delirent, et haud secus ac qui aleam ludunt, rixentur. Hisce in rebus principatum nactus Uranius, perinde Homericus ille Thersites alios arguebat, extrahereque in longum sermones minime desistebat, etsi alias de deo haud satis recte sentiret: nec sane disceptationem sinebat, iamdiu occoeptam, ordine saltem suo procedere; sed apertiora potius confundebat, et quaesitae rei propulsabat inventionem. Volebat hic forsitan Platonis Pythonem, Sextumque denique imitari, et eorum more responsiones ut fierent, ut finis esset nil obturbari, quia id animo praesumptum iam esset, nihil esse penitus constitutum. Sed Platonica ista haud satis ille didicerat, ni forte alicunde venatus perpauca collegisset, quibus posset ineruditos iam fallere. Et quemadmodum literarum erat is re ignarus, ita et bonorum morum omnium expers. Istiusmodi quum esset Uranius, ad Persas se contulit, per Areobindum Persam, et regis tunc oratorem, ut cothurnus et nebulo ductus, nimirum qui ea sibi ornamenta stolide vendicasset, quibus omnino careret, palliumque protinus induit, quod disciplinarum magistri gestare apud nos solent. Sic itaque obstipa superbaque facie Chosroem adivit. tum ille inopinato miraculo percitus, et sacrum aliquid esse imaginatus, suspicatusque verum hunc esse philosophum, (nam et ita apud Persas vocitabatur), eundem hunc et libens vidit, ac benigne suscepit. Magos deinde ad se convocatos, cum novo philosopho ut sermones conferrent, constituit; deque rerum ortu naturaque ut disceptatio haberetur, iniunxit; et utrum id omne, quod visitur, finem sit habiturum; numve unum esse omnium rerum principium putandum sit.

EDITIONIS PARISINAE DEDICATIO.

POSTERITATI.

GALLIA ET HISPANIA
FUNESTISSIMIS BELLIS ANNOS SUPRA VIGINTI
DISTRAHEBANTUR.

IULIUS MAZARINUS
DEPLORATAM PACEM
EXCITAVIT UNUS ET BEATAM TRANQUILLITATEM
QUAQUA PATENT LATISSIMA DUO REGNA
FELICITER IMPARTITUS EST.

INGENS FACINUS
ADUMBRARE CERTATIM CONTENDIT
ORATORUM ET POETARUM
INFINITA NATIO.
VANUS UTRORUMQUE LABOR.

HOC NUDO ET CONTRACTO PANEGYRICO
ASSERIT
EMINENTISSIMO PRINCIPI
IMMORTALITATEM
IMMORTALITATIS PARENS
TYPOGRAPHIA REGIA.

Scribebat ad praelum
EMINENTIAE SUAE ADDICTISSIMUS
SEBASTIANUS MABRE,
ex filia nepos SEBASTIANI CRAMOISY,
Typographiae Regiae Curatoris.

B. VULCANII EPISTOLA.

ILLUSTRIBUS AMPLISSIMISQUE VIRIS

ORDINIBUS

HOLLANDIAE ET WESTFRISIAE,

DOMINIS POTENTISSIMIS.

Cum variae sint artes ac scientiae, societati generis humani conducibiles ac necessariae, Illustres Amplissimique Viri, maximam profecto laudem merentur ii qui ad eas perdiscendas et ad publicam utilitatem accommodandas omne suum studium atque operam conferunt. Proxima est eorum laus quorum labor omnis atque industria versatur in linguis authoribusque quibus illae ipsae artes sunt tractatae nobisque traditae excolendis atque illustrandis, quique vel veteres scriptores Graecos e situ et squallore eruunt et in lucem proferunt, vel iam antea editos, sed male ab indoctis interpretibus habitos, refingunt, et pristino suoque nitori integritatique restituunt. Quod quidem studium tametsi ob exiguam quae inde affulget lucri spem perpaucos hodie habet sectatores (plerique enim eas artes sequuntur e quibus facilis est ad opes et honores cursus) mihi tamen, qui studiorum dignitatem non privato quaestu sed publica utilitate metiri soleo, mirifice semper placuit. Utilitatem vero quam hoc studii genus secum trahit longe maximam quis obsecro est adeo rudis ut in dubium vocet? Si enim hoc in confesso est ex veterum Graecorum fontibus doctrinam omnem esse hauriendam; quis non videt quanti intersit ut illi ipsi fontes puri atque illimes conser-

ventur? Quantopere vero eos contaminarit atque polluerit crassa nonnullorum interpretum inscitia, nemo est etiam infra mediocritatem doctus qui nesciat; sensique ipse cum in aliis multis authoribus, tum vero praecipue in Cyrilli Alexandrini Thesauro, et divinis illis de Trinitate libris, in quibus nihil fere agnosco Cyrilli praeter nudum illius nomen. Hanc itaque Spartam, ut ita dicam, linguariam, hoc est interpretandi Graecos authores et in Latinam linguam convertendi rationem, veluti genio naturaeque meae convenientiorem semel amplexus, dedi operam hactenus ut pro virili ornarem; et quidem non pauca veterum authorum Theologica, Philosophica, Historica Poëticaque scripta partim antea non edita Latine verti, partim edita quidem, sed ita ut ἀνεκδότοις ἐναλίγκια merito censeri possent, nova interpretatione donavi, non exiguo uti spero rei literariae bono. Tametsi ex iis quaedam, nescio quo malo fato, magno certe meo cum dolore, neque minore cum incommodo publico, summoque multorum doctissimorum virorum desiderio, totos iam quindecim annos apud Typographum cui ea excudenda dederam haerent. Nunc vero Agathiam historicum optimum qui Iustiniani Imperatoris res gestas post Procopium Caesariensem est persequutus, Graece antehac nunquam typis editum, in lucem emitto; Agathiam, inquam, virum suae aetatis doctissimum, quique unus illam δίζυγα εὐεπίην, hoc est Poëticen cum Oratoria, ita coniunxit, ut dubium sit in utra magis excelluerit; in utraque certe non dubiam de omnibus sui aevi scriptoribus victoriam reportavit. E cuius editione plurimum et Historiae et Graecae linguae incrementi ornamentique est accessurum. Quum enim varia gravissimaque bella adversus populosissimas potentissimasque nationes, Francos scilicet, Gotthos, Vandalos, Hunnos, et Persas gesta describat; tum vero de eorum moribus atque institutis, ac praecipue de Persicorum regum genealogia ac politia, multa commemorat scitu dignissima quae apud alios scriptores nusquam reperiantur. Stilus ipse plane est floridus atque amoenus, multis sententiarum luminibus illustratus. Verbis vero utitur selectissimis, et frequenter a communi usu ac significatione remotis; adeo ut Suidas diligens glossographus potissimam Lexici sui partem ex huius

scriptis concinnarit. Hunc itaque Agathiam scriptorem luculentissimum, quem olim Persona ita lutularat ac deformarat, ut quicunque eum attingeret merito exclamaret: *Aquam manibus*; *εὐπρόσωπον* nitidioreque habitu a me donatum vobis, Illustres Amplissimique Viri, merito inscribendum dicandumque existimavi: primum, quod ex hac vestra Academia in lucem prodeat; in qua quum iam tredecim circiter annos vestro beneficio honestissimo hoc otio literario fruar, vehementer me officio meo defuturum putavi, nisi darem operam ut exstaret publicum aliquod singularis meae erga vos observantiae gratique animi monumentum: deinde, quod non indignum vobis hoc munusculum literarium indicarem, cum ob authorem ipsum qui apud doctos omnes summo semper fuit in precio, tum vero magni illius Imperatoris cuius historiam scribit nomine; in qua quidem historia multa conscribuntur sapienter ab illo prudenterque excogitata, felicissimeque perfecta; e quibus nonnulla uti spero in usus vestros convertere poteritis ad florentissimam Rempublicam vestram stabiliendam et nominis vestri celebritatem, quae rerum pro libertate tuenda gestarum magnitudine longe lateque est propagata, magis magisque augendam. Mihi interea nihil gratius accidere poterit, quam si intelligam studium hoc meum vobis, Illustres Amplissimique Viri, probari; magnumque mihi honorificum iudicium vestrum calcar addiderit ad alia id genus veterum Graecorum monumenta e Bibliothecae meae penu depromenda et Latine vertenda publicoque communicanda.

Deus Opt. Max. Illustres Amplissimique Viri, Reipublicae eiusque seminario Academiae vos quam diutissime servet incolumes. Lugduni Batavorum, Anno Domini MDXCIV. Kalend. Ianuariis.

ILL. DD. VV.

Addictissimus

BONAVENTURA VULCANIUS.

CARMINA IN LAUDEM
EDITIONIS VULCANIANAE.

IN AGATHIAM
A BONAV. VULCANIO EDITUM.

Ἀγαθίας ἣν μὴ πολυΐστορι ῥύσατο βίβλῳ
Πέρσας καὶ Περσῶν ἔργα παλαιγενέων,
αἰὼν πανδαμάτωρ, καὶ νὺξ ἀμάθυνε μέλαινα
Πέρσας καὶ Περσῶν ἔργα παλαιγενέων.
Ἀγαθίαν δ' ἣν μὴ Βουλκάνιος ἔξελε λήθης,
Ἀγαθίαν λήθης ἀμφεκάλυψε κόνις.
καί κε πολὺς τοπάλαι, Βουλκάνιε, σεῖο ἕκητι
Ἀγαθίᾳ τε ἀγὼν ὤρτο καὶ ἱστορίῃ.
νῦν δ' ἄμφω δισσοῖσιν ὀφείλετον, ἱστορίη μὲν
Ἀγαθίᾳ πλεῖστον, σοὶ πλέον Ἀγαθίας.

ΙΩΣΗΠΠΟΣ ΣΚΑΛΑΝΟΣ ΙΟΥΛΙΑΔΗΣ.

Agathias *ni iam fastis prius asseruisset*
Persas, et veterum Persica gesta ducum,
Tempus edax, et vis seclorum aboleret opaca
Persas, et veterum Persica gesta ducum.
Ni leto Agathiam eriperet Vulcanius, olim
Agathiam leti conderet alta cinis.
Et iam, Vulcani, propter te, maxima rerum
Lis foret Agathian inter et Historiam.
Sed devinxerunt ambos duo. Plurima debet
Historia Agathiae, plura tibi Agathias.

Iosephus Scaliger Iul. Caes. F.

AD DOCTISSIMUM VIRUM
BONAVENTURAM VULCANIUM
GRAECARUM LITERARUM IN ACADEMIA
Lugdunensi apud Batavos Professorem.

Quod *me Vulcani carmen doctissime poscis:*
Frustra es, ceu vivam ex pumice aquam elicias.
Non mihi tam proclive bonos est scribere versus,
Quam tibi scriptores restituisse bonos.

Fr. Duyckius Cos. Leyd.

IN AGATHIAE HISTORIAM
A CL. V. BONAVENTURA VULCANIO GRAECE ET LATINE EDITAM
HIEREMIAS BASTINGIUS S. T. D.
ET COLLEGII THEOLOGICI REGENS.

Aeneas *debet vitam post fata* Maroni:
Induperator ovas Historico Agathia.
Gloria nam maior tanto est tibi: ficta Poesis
A vera quanto vincitur Historia.
Macte sed o virtute tua dilecte Camoenis
Qui clarus volitas docta per ora virum
Vulcani, *quem non ullos subiisse labores*
Taeduit, aeternum ut viveret Agathias.
Agathias *inquam, Graiis ut cognitus olim*
Nunc Graiis pariter cognitus et Latiis.
Sic quondam de te est meritus doctissime Rhetor
Romanaeque decus Quintiliane *togae,*
Poggius: *hunc quanquam superas hoc nomine, cultu*
Quod per te gemino splendeat Agathias.
I nunc Mome *crepa, et male carpere desine qui te est*
Passibus innumeris doctior et melior.
Vos autem Proceres *quibus haec monumenta dicantur,*
Ut vestro maneant tuta sub imperio,
Hunc redamate virum, tuque o Battavia *gaude*
Lucem ex te Agathias *quod redivivus habet.*

PAULLUS G. F. P. N.
MERULA.

Quid *hic recens scriptoris orti contuor?*
Proles cluor Agathi. Ominis nomen boni
Adnosco. Nam qui audit bonus, plerum bonus'st,
Quique a bono natus, bonus ille plurumum.
Lares mihi Smyrnae paterni, quae suum
Civem esse Homerum, principem vatum omnium,
Princeps probavit olim et ante caeteras,
Quae iniverant certamen, urbis Graeciae.
Fere est, ut adsim ab inferae ripa Stygis.
Quae Morta te pressit favissis circites
Mille ampliusque obliviosis? ploxeno
Quae Fors silente, docte foetus, te obruit?
Incommodo maloque maxumo omnium,
Cordi quibus curaeque gesta quae retro.
Immanitas Gotthorum et Hunnorum fera
Med aeviterno manciparat carceri;
Ut, quidquid a fatis mihi vitae super,
Inglorium esset atque squale sordidum.
At unde tantum saevitatis? Luctuum,
Quibus nec unquam finis esset nec modus,
Causam me eis certissumum monerat fore
Ecfata vatum, quos adirant, dictio.
Immersi enim crudele moerorum mare,
Et conscii, quae non semel passi, iugum;

Non nesciebant perciti, me nascier,
Quo noscier docente debebant trucum
Clades avorum, lancinati corporum
Artus, potitum naeniae cadaverum,
Atrociumque vastitates funerum;
Quo noscier docente posteros, ducum
Iustiniani Principis victoriae,
Et fixa de victis trophaea phalangibus,
Actique superbiter triumphi nobiles.
Hinc natus olim lacrumarum fons mihi.
At serio, sero licet, Vulcanius,
Misertus infortunii nuper mei,
Multa incalatus, audiit miserum, prece,
Specus, quibus claudebar, altos pertudit,
Me duxit endo primus oras luminis,
Et fecit, ut me totus orbis perlegat:
Sive hoc voluntas, sive noluntas fuat,
Quorum efferata mente dirae mi dies,
Plenae aegritudinumque saepe luxerunt.
Nec me modo artis liberavit vinculis;
Sed et polivit arte, quod fuit potis,
Docta, et, quod instar muneris magni mihi,
Fecit bilinguem, quae unilinguis vix eram.
Felix tui adsertore iuris ter quater,
Felix viri polite tanti dextera:
Linguis fruare et luce, parta quae tibi,
Ducente et auspicante summo vindice.
Vicem refer, tuique nomen vindica
Ducis Auspicisque ab luce temporaria,
Linguasque perde virulentas, qui mali
Male tibi tuoque vindici volunt.
Ast Gotthus, Hunnus, Francus immensum fremant
Quantum, cruenti caede nupera manus;
Redhostiendum, quae patrare hostilia.
Gotthus patrumque et dissipator pignerum,
Hunnus senum et saevus nefrendum carnufex,
Et Francus haustum faucibus sanguen vomens,
Fremant frequente strage se pavirier,
Fremant sibi tam crebra fligi volnera,
Crebras suorum audirier mortes fremant.

Εἰς τὸν Εὐτύχεα Ἥφαιστον
ἐκδιδόντα τὸν Ἀγαθίαν τῷ χρόνῳ σχεδὸν ἀφανισθέντα.

Πείθους θελξινόου τερετίσματα δαίδαλα τύμβῳ,
(φεῦ κηρὸς φθονεροῦ) κεύθετο ληθεδόνος.
ξύλλαβεν Ἥφαιστος, πυρσὸν παλινάγρετον ἅψας,
ὄρφνην τε σκεδάσας ὡς πρόμος ἰδμοσύνης.
δὸς ῥαπίδ᾽ Ἡφαίστῳ πτερόεις διεγερτικὸν Ἑρμῆ,
λείπεαι, ἴσα φέρειν οὐκ οἷός τε πέλεις.
σὺ φθίμενον ζωγρεῖς ἐπικήριον αὖθις ἐόντα·
ὃς δὲ νεοχμεῖται ἄτρυτα, γομφοπαγῆ.

ΜΟΛΙΝΕΟΣ.

AD CLARISSIMUM VIRUM

D. BONAVENTURAM VULCANIUM.

Coniunctam *Marti Venerem quondam indice Phoebo*
Vulcanus tecto ut sensit adulterio,
Extemplo exarsit; laqueosque et daedala nectens
Retia, in amplexu detinuit medio,
Admisitque Deos. Dudum latuere reposti
Augusti Annales, Persicaque historia,
Pluraque, museio quae dudum emblemate struxit
Indelibatus flos populi Agathius,
Nec spes ulla fuit, posse unquam lumen apisci
Extracta ex atris Invidiae tenebris,
Quum tu illa in dias produxti luminis auras,
Vulcani, *plures pectore habens genios.*
Felicem o sortem! Vix te duo numina possunt
Unum, cum Phoebo Lemnius exprimere.
Vidisti abstrusum: Phoebus videt omnia primus.
Per te alii: nempe id Mulciberis proprium est.
At tu dum tenebris alta et caligine mersum
Extemplo virga protrahis in medium,
Dumque idem interpres Latio facis ore loquentem,
Unus fis gemino nomine Mercurius.

Petrus Bertius.

RICHARDUS THOMSON.

Quo *me* Calliope *vocas*
Intermissa diu? parce precor, precor.
Non sum qui bene nervias
Gubernem, artifici aut barbiton harmoge.
Defunctam paries chelyn
Iam pridem, et citharam servat inutilem.
Quin si Mulciberem *paras*
Clarare egregiae laudis adorea,
Et caelo inserere arduo
Vectum perpetui carminis alite.
Ecquis Callimacho *prior?*
Qui lauru Latia implicitus comas
Vates, Elysiis iugis,
Musaeo *potior, carmina dividit.*
Cuius si citharae tamen
Aptari nequeat Mulciber: *inclytum*
Quamvis illa Diespitrem
Dianam, *et teneras aurea,* Virgines
Et Phoebum *celebret patrem.*
O divum, o hominum Calliope *quies*
In collem hinc Heliconium,
Musarumque *choros transfer amabiles.*
Ut mistus Dea, Gratiis
Ad dextrum sedeat clarus Apollinem.
Mox lauru Poluhymnia
Vescentem resonet praepete barbito.

IDEM.

Agathiam *ut vidit caelo* Belisarius *alto,*
Qua sacra Iunonis *lacte respersa via est;*
Iam tersum prodire, et docto pumice rasum,
Atque adeo amissae iam reducem patriae;
Quas, inquit, referam grates tibi, magne virorum,
Vulcani, *cuius munere et ingenio*
Nunc vivit bonus Agathias: *ego denique factus*
Clarior, ereptos non querar hinc oculos?

IN AGATHIAM
A BONAVENTURA VULCANIO,
INTER DOCTOS NOSTRAE AETATIS PRINCIPES
Viro Clarissimo, editum et restitutum.

Carmine *Pierio* Vulcani *fundere laudes*
Est operae precium; mea stant praecordia Phoebo
Ardua molimur: rerum sapientia Pallas,
Quae sacra doctarum prudentia fontigenarum,
Et rationis apex, sine qua tentata labascunt,
Deprecor ad suetum dignata illabere munus.
Feralemne canam cladem, qua cuncta Pelasgum
Occumbunt monumenta virum, praeclara reperta
Ausonidum; Agathiam truditque ad pallida templa
Lethi barbaries, quem felix *illa deorum*
Progenies, acie genus insuperabile mentis,
Flos virtusque virum, profundo gurgite mersum
Protrahit oblivi, diasque in luminis oras
Iam properat, Ciceronis dulcia mella sonantem.
E tenebris tantis tam clarum exculpere lumen,
Divinae rationis opus, quod tu potuisti
Primus, nec me animi fallit, nunc vivis in oris
Caelorum fama, propter divina reperta.
Aeternaque tuo capiti dare frunde coronam
Turba Camoenarum gestit, sic iussit Apollo.
Quin nos ingenii miramur acumina tanta
Vulcani, *potuit qui vulnera mente sagaci*
Tollere doctus Iapix; dic quis dicere digno
Hoc potis eloquio? mortali corpore cretus
Nemo, ut opinor, erit, pollenti pectore carmen
Condere qui possit, rerum iubet ut maiestas
Nec modo si redeat, qui saxa sequacia ductans
Cantibus auritos exstruxit carmine muros.
Iamnunc Aonia crinem circumdate serta
Salve, Te veneror, vestigia semper adorans,

Idque aeternum, ita iubet virtus et eruditio tua eximia,
sic testor et voveo licet impolito hoc carmine.

Ianus a Wouweren.

Agathias.

B. VULCANII
DEDICATIO ET PRAEFATIO
NOTARUM IN AGATHIAM.

NOBILISS. AMPLISSIMOQUE VIRO,

D. IOANNI AB OLDENBARNEVELT,

IURISCONSULTO CLARISSIMO

ILLUSTRIUM ORDINUM HOLLANDIAE ET WESTFRISIAE ADVOCATO ET A CONSILIIS.

Quod *Agathiae meo superioribus hisce diebus ad Illustres Hollandiae et Westfrisiae Ordines aditum aperueris, nobiliss. amplissimeque vir, secutus es ingenitam tibi planeque propriam benignitatem tuam, et singulare quoddam iuvandi ornandique literarum cultores studium. Quod vero illi ipsi Ordines hoc quidquid est meae opellae illustri ipsorum nomini inscriptum adeo splendido praemio compensarint; fecerunt profecto rem potentissima florentissimaque Republica sua dignissimam, et mihi liberalitate sua plusquam regia maximum ad hoc studii genus alacrius persequendum calcar addiderunt. Recte vero Symmachus* (*Lib. I. Epist.* 73.), *ad Hesperium suum scribens,* Scis, *inquit,* bonas artes honore nutriri, atque hoc specimen esse florentis Reipublicae, ut disciplinarum professoribus praemia opulenta pendantur. *Quo quidem eximio beneficio ut me sibi in perpetuum devinxerunt: ita tibi, vir nobiliss. qui summa apud Ordines ob eximiam doctrinam prudentiamque tuam, et praeclara in Rempubl. merita, vales authoritate et gratia, quod tua imprimis commendatione adeo uberem honorificumque laborum meorum fructum perceperim, quam maximas possum ago gratias, relaturus aliquando, si occasio et facultas suppetat. Interea, memoris gratique animi veluti pignus*

quoddam, habe a me hasce NOTAS, *post editum in lucem Agathiam natas, eoque praecipue consilio tuo nomini destinatas, ut summum tuum erga literatos studium, et insignes virtutes tuas, quae te omnibus admirabilem reddunt pariter et amabilem, exteris etiam hominibus faciant notas.*

Bene vale, nobiliss. amplissimeque vir, et rei literariae magis ac magis fave. Erit hoc tibi imprimis honorificum, et Reipubl. salutare. Lugduni Batavorum. Anno Domini MDXCIV.

Dignitatis tuae studiosissimus
BON. VULCANIUS.

CANDIDO LECTORI.

ANNUS est integer quod Agathias hic meus graece est excusus, neque multo minus quod et latinus. Ad graecam editionem usae sunt operae typographicae codice meo vetere manuscripto, quem propter valetudinem tum temporis incommodam, aliasque iustas ob causas, transcribere nec licuit nec libuit. Quo factum est ut praeter vitia exemplaris quae consulto ita reliqueram, quod eorum castigationem notis meis reservaram, accesserint etiam alia menda typographica, ob insolentiam characteris cui non assueverant operae. Cum vero iam ad colophonem propemodum perducta esset etiam latina mea versio, venit mihi in mentem audisse me aliquando Coloniae a nobilissimo doctissimoque fel. mem. viro, D. Thoma Redigero, datum a se cuidam negotium transcribendi e quadam Italiae Bibliotheca Agathiae historiam; quod quidem cum iamdudum ita factum fuisse plane mihi persuasissem, misi exemplar mei Agathiae graece excusi ad Cl. V. Iacobum Monavium, rogavique per literas ut illud cum manuscripto codice Agathiae, quem omnino Vratislaviae in bibliotheca Ill. DD. Redigerorum exstare putabam, conferri curaret. Quod cum ille pro singulari suo in rem literariam studio in se recepisset, spopondissetque curaturum se ut petitioni meae prolixe satisfieret, simulatque praefectus bibliothecae qui tum peregre erat domum rediisset: significavit tandem mul-

tis post mensibus Agathiam MS. a bibliothecario domum reverso diligenter quaesitum nequaquam comparere; quod quidem et me et illos pessime habuit: me, ob moram quam editioni vana mea spe iniectam videbam; illos, quod in bibliotheca sua quem sperabant thesaurum non reperissent. Ego itaque, ne mihi ipse longiore mora officerem, neve (quod in Cyrilli Alexandrini libris de adoratione in spiritu et veritate, et in Concilio Ephesino graeco, iam accidit, et vereor ne etiam in Nicaeno graeco accidat) ab aliis praevenirer, mihique et labor omnis meus, et honos quicunque ex hac arena laboris plena exspectari potest, veluti e manibus eriperetur: editionem diutius differendam, dum *ἀντίγραφον* aliquod offerretur, non censui, praecipue cum plane *σὺν ἀγαθῇ τύχῃ* affulsisset Agathiae pariter et mihi auspicatissimum illud Iulium sidus; magnus, inquam, ille Iosephus Scaliger, maximi Iul. Caesaris F. qui mihi merito, quoties aliquis dignus vindice nodus occurrit, fuit *ἀκριβεστάτου ἀντιγράφου δίκην.* Cuius quidem optatissimus in hanc Academiam adventus utinam latinam Agathiae mei editionem antevertisset! Plurimum enim illius literatorum principis iudicio in locis nonnullis de quibus ambigebam tribuissem; cui universus doctorum consessus libens assurgit, fascesque submittit. Superest, candide lector, ut operam meam quam optimi huius authoris editioni interpretationique impendi, boni consulas; et cum apibus potius si quid in ea sit boni decerpas, quam cum araneis si quid vitiosi exsugas. Accesserunt coronidis vice Agathiae epigrammata *ἐρωτικὰ* ab illustri viro Iosepho Scaligero latine versa, neque antehac (uno atque altero excepto) typis edita, quae certe iuventuti *φιλέλληνι* veluti canon quidam atque norma vertendi latina de graecis esse possunt,

Μορφῆς ὡς πλάσταις κυάνεον βλέφαρον.

Tu etiam his, bone lector, utere et fruere, ut et nonnullis eiusdem Agathiae epigrammatibus quae nobiliss. clarissimusque vir IANUS DOUSA Dominus a Noortwyck, musageta noster, vertit, quibus te fraudare nolui, ut nec nobiliss. doctissimumque virum Theodorum Canterum eo honore, quod de locis Agathiae nonnullis, quorum lectionem in Suida variare compererat me per literas monuerit,

quos, praeter eos quos ipse animadverteram, notis meis inserui. Sed et de loco non uno reverendum clarissimumque virum Franciscum Iunium collegam meum consului, idque cum fructu. Libens enim eos qui symbolam aliquam ad hoc opus contulerunt laudo.

AD VIRUM CLARISSIMUM
BONAVENTURAM VULCANIUM
DE AGATHIA RESTITUTO

SCAZON.

Magistra *vitae Historia, quae nihil pigrae*
Oblivioni iniuriaeque seclorum
Patitur licere, laude perpeti dignos
A morte prohibet, alitis vehens Famae
Populos per omnes non solubili penna.
Sed saevientis ludus ille Fortunae,
Qui urbes et alta regna funditus vertit,
Saepe obruit silentio obrutos letho,
Et perdit evitatque temporum vitam.
Ne nuper hoc tibi accidisse miremur
Felix loquendi laude, Agathia, at infelix
Inertiaque inscitiaque lectorum,
Ni te rapaci vindicasset a fato
Felix et erudita cura Vulcani,
Hominum ut fruaris luce, pars tui et magna
Aliis sibique laude postuma crescat,
Segetemque famae hanc vindici suo linquat
Et editori, quem loquetur omne aevum
Functo necem abstulisse, mortuae et vitae
Dedisse vitam, quae perennis huic stabit,
Dum statio terris fuerit, et stata Phoebus
Niveam recurret orbita advehens lucem.

Ianus Dousa F.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟΜΟΙ Ε.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ
ΜΥΡΙΝΑΙΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
Α.

ΑΓ. ΣΧ. ΜΥΡ. ΙΣΤ. Α. Sic R. cui a secundo inde libro accedit Intpr. (*Historiarum liber* II. cet.): nam ad primum quidem librum titulum ipse sibi finxit Persona, pro ingenio suo ineptum. Lugd. inscribit *'Αγ. Σχ. χρονικὴ διήγησις τῆς βασιλείας 'Ιουστινιανοῦ, τόμος α'.*, quo titulo deleto Bon. Vulc. ex ultimi libri in eodem codice subscriptione posuit: *περὶ τῆς 'Ιουστινιανοῦ βασιλείας, τόμος α'.*; ubi Parisinae editionis typothetae pro *τόμος*, *βιβλίον* scribere placuit. Agathias neque tempus omne usque ad Iustiniani mortem his libris persecutus est, neque Iustinianei temporis finibus opus suum circumscribere sibi proposuerat.

AGATHIAE SCHOLASTICI
MYRINENSIS
HISTORIARUM
LIBER I.

ARGUMENTUM.

Gothi in Italia Narseti se dedunt: mox tamen rebelles a Francis auxilia petunt (*Cap.* 1). *De Francis; laudes eorum* (2). *Reges Francorum quatuor, Chlodovaei filii* (3). *Theudibertus, Francorum rex, cui succedit Theudibaldus puer* (4). *Legatio Gothorum ad Theudibaldum* (5). *Theudibaldus exercitum in Italiam mittit, ducibus Leuthari et Butilino. De Alamannis* (6). *Prava Alamannorum religio. Leutharis et Butilini superbia* (7). *Narses ad Cumas ducit* (8). *Cumae oppugnatae* (9). *Narses Cumarum muros suffodit* (10). *Gothos Tusciam habitantes in deditionem accipit* (11). *Luca circumsessa* (12). *Narsetis magnanimitas* (13). *Fulcaris et Herulorum clades* (14). *Fulcaris occumbit. Gothi in Aemilia et Liguria a Romanis deficiunt* (15). *Narses militum animos confirmat* (16). *Stephanus a Narsete Faventiam missus praefectorum ignaviam reprehendit* (17). *Narses Lucam denuo oppugnatam capit* (18). *Exercitu in hiberna dimisso Ravennam proficiscitur* (19). *Aligernus Gothus Cumas sponte Narseti dedit* (20). *Narses, Varnis in militiam adscitis, prope Ariminum cum Francis confligit* (21). *Fuga simulata eos devincit* (22).

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ed. Par. 1 Καλὸν μέν τι χρῆμα καὶ εὔδαιμον νῖκαι πολέμων καὶ τρό-
Ed. Ven. 5 παια, πόλεών τε ἀνοικισμοὶ καὶ ἀγλαΐσματα, καὶ ἅπαντα ὁπόσα μεγάλα τε καὶ ἀξιάγαστα ἔργα. ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιάδε δόξαν μέν τινα καὶ ἡδονὴν τοῖς κτησαμένοις ἐπάγει, ἀποβιοῦσι δὲ αὐτοῖς καὶ ἐκεῖσε οἰχομένοις οὔτι μάλα ἐθέλουσιν ἕπεσθαι, ἀλλὰ καὶ λήθη παρεμπεσοῦσα ἐπικαλύπτει καὶ παρα-
P. 2 τρέπει τὰς ἀληθεῖς τῶν πράξεων ἀποβάσεις· ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐπισταμένων ἀποβιούντων, οἴχεται καὶ διαδιδράσκει ἡ γνῶσις σὺν αὐτοῖς σβεννυμένη. οὕτως ἄρα μνήμη γυμνὴ ἀνόνητόν τι καὶ οὐ μόνιμον, οὐδὲ τῷ μακρῷ συνεκτείνεσθαι πέφυκεν χρόνῳ. καὶ οὐκ ἄν οἶμαι ἢ πατρίδος προκινδυνεύειν ἔνιοι ἔγνωσαν, ἢ ἄλλους ἀναδέχεσθαι πόνους, εὖ εἰδότες, ὡς, εἰ καὶ
B σφόδρα μέγιστα δράσαιεν, συναπολεῖται τὸ κλέος αὐτοῖς καὶ διαῤῥυήσεται, μόνῳ τῷ βίῳ αὐτῶν ἐκμεμετρημένον· εἰ μή τις, ὡς ἔοικε, θεία προμήθεια τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως ἀναῤῥωννῦσα τὰ ἐκ τῆς ἱστορίας ἐπεισήγαγεν ἀγαθὰ καὶ τὰς ἐνθένδε ἐλπίδας. οὐ γὰρ οἶμαι κοτίνου γε ἕνεκα καὶ σελίνου οἱ Ὀλυμπιονῖκαι ἐν ταῖς κονίστραις ἐναπεδύοντο, οὐδ' αὖ οἱ ἀγα-

1. μέντοι R. 10. συνεκτείνεσθαι R., Intpr. *extendi*, συνεκτείνειν vulg. πέφυκε vulg., ·ν ἐφελκυστικὸν h. l. et passim addidi ex R. 11. ἢ πατρίδος R., Intpr. *pro patria*, vulg. ἢ καὶ πατρ. 15. ἀναῤῥωννῦσα R.

PRAEFATIO.

Praeclara quaedam et beata possessio censeri potest victoriae bellorum et trophaea, urbes conditae atque instauratae, omnes denique magnae admirandaeque res gestae. Atque haec quidem aliaque eiuscemodi ut maxime gloriam aliquam voluptatemque suis possessoribus adferant, aegre tamen eos e vivis excedentes comitantur. Sed et oblivio interveniens offuscat atque subvertit veros rerum gestarum eventus; et cum ii ipsi qui eos norunt vivere desierunt, emoritur etiam atque evanescit una cum ipsis hominibus earum rerum notitia. Quo fit, ut nuda memoria fluxum quiddam parumque firmum sit, neque temporis diuturnitatem ferat. Neque vero putarim quosdam aut pericula pro patria adituros, aut alios labores suscepturos fuisse, cum scirent, quantumvis maximas res gessissent, perituram una cum ipsis atque emorituram omnem earum gloriam, sola ipsorum vita circumscriptam; nisi quaedam, uti apparet, divina providentia naturae humanae fluxibilitatem fulciens, historiae bonum, quaeque ex ea affulget, spem esset elargita. Neque enim, arbitror, oleastri aut apii causa Olympionicae in arenam nudi descendebant, neque rursum

θοὶ τῶν πολέμων ἀγωνισταὶ λαφύρων γε μόνον καὶ του παραυ- C
τίκα κερδαλέου ἐφιέμενοι, ἐς προὖπτόν τε καὶ διαφανῆ κίν-
δυνον σφᾶς αὐτοὺς ἀφιᾶσιν· ἀλλὰ δόξης ἀμφότεροι ἕκατι βε-
βαίας τε καὶ ἀκηράτου, ἣν οὐχ οἷόν τε ἄλλως καρπώσασθαι,
ἢ τῆς ἱστορίας αὐτοὺς ἀπαθανατιζούσης· οὐχ οἷα τὰ Ζαμόλ-
ξιδος νόμιμα καὶ ἡ Γετικὴ παραφροσύνη, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς
τρόπῳ τινὶ θείῳ τε καὶ ἀθανάτῳ, καὶ ᾧ μόνῳ δύναται τὰ D
θνητὰ ἐς ἀεὶ διαβιώσκειν. ῥᾴδιον μὲν οὖν ἥκιστα ἂν εἴη ἅπαν-
τα διεξιέναι καὶ ἀπαριθμεῖσθαι, ὁπόσων ἀγαθῶν ἡ ἱστορία τὸν
βίον ἐμπίπλησι τὸν ἀνθρώπειον· ὡς δὲ συλλήβδην εἰπεῖν, οἶ-
μαί γε αὐτὴν φιλοσοφίας τῆς πολιτικῆς οὐ μάλα μειονεκτεῖ-
σθαι, εἰ μή τι καὶ μᾶλλον ὀνίνησιν. ἡ μὲν γάρ, οἷα τις
ἀστεμφὴς δέσποινα καὶ ἀθώπευτος, κελεύει καὶ διατάττει, ὁποί- P. 3
ων τε ἔχεσθαι καὶ ὁποῖα διαφεύγειν προσήκει, ὥσπερ τῷ πεί-
θοντι καταμιγνῦσα τὸ ἀναγκάζον· ἡ δὲ τῷ θέλγοντι πλείστῳ
χρωμένη καὶ οἷον καρυκεύουσα τὰς ἀπαγγελίας τῇ ποικιλίᾳ τῶν V. 6
παραδειγμάτων, καὶ παριστῶσα τῷ λόγῳ, ἐν οἷς τε εὐδοκιμή-
κασιν ἄνθρωποι εὐβουλίᾳ χρησάμενοι καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ
ἔνθα διήμαρτον τοῦ προσήκοντος, ἢ γνώμης τινὸς ἐναντίας ἢ B
τύχης ἡγησαμένης, λανθάνει ταῖς ψυχαῖς ἠρέμα τὰς ἀρετὰς
ἐσοικίζουσα. τὸ γὰρ προσηνὲς αὐταῖς καὶ αὐθαίρετον μᾶλλόν τι
ἐμφύεται καὶ προσιζάνει. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐκ πλείστου σκο-

17. παριστῶσα R., παριστᾶσα vulg.

strenui bellatores spoliorum tantum et praesentis lucri cupiditati accensi in aperta manifestaque pericula se coniiciebant: sed utrique solidae atque adeo immortalis gloriae consequendae studio inflammati: quam quidem aliter adipisci non potuissent, nisi historia eos ab interitu vindicante atque immortales efficiente; non ut Zamolxidis instituta et Getica deliramenta, sed vere et modo quodam divino atque immortali, quoque solo mortalia haec perpetuari possunt. Haudquaquam igitur facile fuerit oratione persequi atque enumerare omnia quibus historia humanam vitam expleat bona. Ut vero summatim dicam, equidem civili philosophia eam non inferiorem censuerim; nisi etiam plus forte utilitatis conferat. Haec enim veluti severa quaedam minimeque blanda domina iubet ac praescribit quae sequi, quae fugere oporteat, suasionibus suis vim quodammodo necessitatemque commiscens: haec vero, oblectamentis plurimis utens, ac veluti condiens praecepta varietate exemplorum, et ob oculos ponens quibus in rebus homines prudentia iustitiaque usi praeclare rem gesserint, quibus etiam in rebus, vel animi contrario aliquo vel fortunae ductu atque impulsu a recto aberrarint, leniter ac placide virtutes animis insinuat. Blanda enim et voluntatis nostrae arbitrio electionique exposita facilius animis humanis illabuntur atque adhaerescunt. Ego itaque hanc iamdudum considerans et cum animo

πῶν τε καὶ διαλογιζόμενος, ὑπεράγασθαι μὲν χρῆναι ἡγούμην
καὶ κοινοὺς ἀνυμνεῖν εὐεργέτας τοὺς ὁπόσοις ἤδη αἱ τοιαίδε
C πραγματεῖαι διαπεπόνηνται. οὐ μὴν ἐγχειρητέα ἐμοὶ τῷδε τῷ
πόνῳ ἐδόκει, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀποπειρατέα. ἐτύγχανον γὰρ
μᾶλλον δή τι ἐκ παίδων τῷ ἡρώῳ ῥυθμῷ ἀνειμένος, καί με
ἤρεσκεν τὰ ἡδύσματα τῶν τῆς ποιητικῆς κομψευμάτων. καὶ
τοίνυν πεποίηταί μοι ἐν ἑξαμέτροις βραχέα ἄττα ποιήματα,
ἃ δὴ Δαφνιακὰ ἐπωνόμασται, μύθοις τισὶ πεποικιλμένα ἐρω-
D τικοῖς, καὶ τῶν τοιούτων ἀνάπλεα γοητευμάτων. ἔδοξε δέ μοι
πρότερον κἀκεῖνο ἀξιέπαινόν τι εἶναι καὶ οὐκ ἄχαρι, εἴγε τῶν
ἐπιγραμμάτων τὰ ἀρτιγενῆ καὶ νεώτερα, διαλανθάνοντα ἔτι
καὶ χύδην οὑτωσὶ παρ' ἐνίοις ὑποψιθυριζόμενα, ἀγείραιμί τε
ὡς οἷόν τε εἰς ταὐτὸν καὶ ἀναγράψαιμι ἕκαστα ἐν κόσμῳ ἀπο-
κεκριμένα. καὶ οὖν δὴ καὶ τόδε μοι ἐκτετέλεσται ἕτερά τε πολ-
λὰ ἀγωνίσματα, τοῦ μὲν ἀναγκαίου χάριν οὐ μάλα πεποιη-
P. 4 μένα, ἄλλως δὲ ἴσως προσαγωγὰ καὶ θελκτήρια. καὶ γὰρ δῆτα
ἡ ποίησις ἱερόν τι χρῆμα καὶ θεσπέσιον. ἐνθουσιῶσι γοῦν ἐν
αὐτῇ αἱ ψυχαί, εἴποι ἂν ὁ σοφὸς ὁ Ἀρίστωνος, καὶ λίαν
ὠδίνουσιν ἐπαφρόδιτα, ὅσαι δὴ ὡς ἀληθῶς μουσόληπτοι γίνον-
ται, καὶ τῇδε κάτοχοι τῇ βακχείᾳ. ἐμοὶ μὲν οὖν τοῖσδε θα-

2. ὁπόσους Par. αἱ add. R., om. vulg. 3. ἐγχειρ. γὰρ ἐμοὶ R. 4. οὐδὲ τὴν R., οὐδὲ κατὰ τὴν vulg. 5. με ἤρεσκεν R., μοι ἤρεσκε vulg. 6. κομψευσμάτων R. 8. Δαφνικὰ R., Intpr.; male. 12. οὑτοσὶ edd. 13. ταὐτὸν R., ταὐτὸ vulg. 14. τίδε R. 20. θαμίζειν R., θαυμάζειν vulg.

meo reputans, admiratione dignos censebam, et in publicum beneficos celebrandos, quotquot in hoc historiae scribendae instituto laborarunt. Mihi autem nequaquam suscipiendus hic labor, sed ne tentendus quidem initio est visus. Eram enim magis iam inde a puero heroïcis modulis addictus, et poëticarum elegantiarum dulcedine magnopere delectabar; atque adeo brevia quaedam poëmata hexametris versibus conscripsi, quae Daphniaca vocavi, fabulis quibusdam amatoriis variegata et eiusmodi illecebris referta. Visum vero mihi fuit etiam hoc initio laudabile et non inelegans institutum, si nova quaedam recentiaque epigrammata, latitantia adhuc sparsimque a nonnullis lusa, in unum, quoad eius fieri posset, recolligerem, singulaque in ordinem digesta conscriberem. Quod quidem etiam perfeci, ut et alia multa exercitamenta, non utilitatis ergo, sed oblectandi deliniendique animi causa a me facta. Est enim omnino sacra quaedam et divina res poësis. Afflantur enim in ea divino quodam furore animi, ut sapiens ille Plato dixit, valdeque venuste parturiunt, quotquot Musarum pleni atque hoc furore correpti sunt. Mihi quidem igitur statutum erat in his versari, neque unquam in animum inducere, ut iuvenilia haec iucundaque studia desererem, sed Delphicum potius praescriptum sequi NOSCE TE IPSUM. Cum vero aetate

μίζειν ἐδόκει, καὶ οὔ μήποτε ἑκόντι εἶναι τὰ νεανικα ταῦτα
καὶ ἐπιτερπῆ σπουδάσματα μεθιέναι, ἀλλ' ἕπεσθαι τῷ Δελ- B
φικῷ ἐκείνῳ προγράμματι καὶ τὰ οἰκεῖα γιγνώσκειν. ἐπεὶ δὲ
ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ ξυνέβη μεγάλους μὲν πολέμους πολλα-
χοῦ τῆς οἰκουμένης ἀπροσδόκητα ξυῤῥαγῆναι, ἐθνῶν τε πολ-
λῶν βαρβαρικῶν μεταναστάσεις γενέσθαι, καὶ πράξεων ἀδή-
λων τε καὶ ἀπίστων παραλόγους ἀποβάσεις, καὶ τύχης ἀτά-
κτους ἀντιῤῥοπίας, γενῶν τε καταλύσεις, καὶ πόλεων ἀνδραπο- C
δισμοὺς καὶ μεταβολὰς οἰκητόρων, καὶ οἷον ἅπαντα τὰ ἀνθρώ-
πεια κεκινῆσθαι· ἐπειδὴ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιάδε ξυνέβη, δε-
διέναι μοί πως ἐπῆλθε, μή τι ἄρα οὐχ ὅσιον εἴη, ἔργα οὕτω
μέγιστά τε καὶ θαύματος ἄξια καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα χρήσιμα
ἐσόμενα καὶ ὀνησιφόρα καταλιπεῖν ἄμνηστα τὸ μέρος, καὶ σε-
σιγημένα. τοιγάρτοι ἔδοξέ μοι οὐκ ἄπο τρόπου εἶναι, καὶ τοῦ
συγγράφειν ἁμωσγέπως ἀποπειρᾶσθαι, ὡς ἄν μοι μὴ ἅπας ὁ D
βίος ἐν μυθολογίᾳ τε καὶ περιττῷ πόνῳ ἀναλωθείη, ἀλλά τι
φέροιτο καὶ ἀναγκαῖον. πολλοὶ δέ με καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐπεί-
γοντες καὶ ἐγκελευόμενοι ἐξηρέθισαν τὴν ὁρμὴν καὶ ἐπέῤῥω-
σαν, ἐν τοῖς Εὐτυχιανὸς ὁ νέος· ἀρχηγός τε ἦν τῆς παραινέσεως P. 5
ἀνὴρ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφεῦσι, καὶ

2. σπουδάγματα R. ἀλλ' R. Lugd., ἀλλὰ edd. τοῖς Δελφικοῖς ἐκείνοις προγράμμασι R. 3. ἐπεὶ R., ἐπειδὴ vulg. 6. πράξεσι R. 8. κατακλύσεις R. 11. ἀπῆλθε R. sed vulg. in mg. 12. μέγιστά τε καὶ R., μέγ. καὶ vulg. 13. τὸ μέρ. καὶ σεσιγημένα R., καὶ σεσ. τ. μ. vulg. 14. ἄπο τρόπου R. Lugd. (Cl.), ἀπότροπον edd. τοῦ om. R. 15. μοι om. R. 16. περ. πόνῳ R., πόνῳ περ. vulg. 19. Ἐχιδνὸς R. τε R., γε vulg. Non de Eutychiano loquitur Agathias, sed, ni fallor, de Paulo Silentiario, Cyri Flori filio.

hac, in quam incidi, ingentia bella per multas orbis terrarum partes praeter expectationem sint excitata, et multarum barbararum nationum transmigrationes factae; dubiorum etiam atque incredibilium factorum inopinati eventus temerario fortunae impulsu acciderint; nationum quoque et urbium eversiones, gentes subactae, coloniaeque deductae, et tantum non humanae res omnes loco suo motae: cum, inquam, haec aliaque eiuscemodi acciderint, subiit animum meum formido, parum honestum fore, si res usque adeo magnae atque admirandae, et posteris adeo utiles conducibilesque futurae nullis scriptis proditae silentio praetermitterentur. Quocirca non abs re mihi facturus sum visus, si eas aliqua ex parte litteris commendare tentarem, ne omnis vita mihi in fabularum studio et supervacaneo labore consumeretur, sed aliquid etiam utilitatis publico adferret. Multi vero familiarium urgentes atque exhortantes studium meum excitarunt et confirmarunt. Inter quos hortatores facile princeps erat Eutychianus iunior, et primarius regum scriba, vir alioqui et bonus et prudens, et non mediocriter eruditus, idemque gentis Floriorum praeclarum orna-

τὰ ἄλλα ἀγαθὸς καὶ ἀγχινούστατος, παιδείας τε ἀποχρώντως
ἔχων, καὶ τοῦ τῶν Φλωριδῶν γένους ἄριστον ἐγκαλλώπισμα γε-
γενημένον. οὗτος δὴ οὖν ὁ ἀνὴρ, περὶ πλείστου γὰρ τἀμὰ ἐποι-
εῖτο, καὶ ὡς ἂν μοι ἄμεινόν τι ἔσται εὐκλείας τε πέρι καὶ τῆς
ἄλλης ὠφελείας σφόδρα οἱ ἐπεφρόντιστο, οὐκ ἀνίει ἐπείγων
καὶ χρηστὰς ἐμφαίνων τὰς ἐλπίδας. δεῖν γὰρ οὐκ ἔφασκεν οὕτω
B χαλεπὸν ἡγεῖσθαί μοι καὶ ἀνήνυτον τὸ ἐγχείρημα, οὐδὲ τῷ
μήπω ἐς πεῖραν ἐλθεῖν, ὥσπερ ναυτιλίαν οἱ ἀθαλάττωτοι, κα-
ταπεπλῆχθαι· οἴεσθαι δὲ μᾶλλον οὐ πόῤῥω τετάχθαι ἱστορίαν
V. 7 ποιητικῆς, ἀλλὰ ἄμφω ταῦτα εἶναι ἀδελφὰ καὶ ὁμόφυλα, καὶ
μόνῳ ἴσως τῷ μέτρῳ ἀλλήλων ἀποκεχριμένα. ὡς δὴ οὖν οἴκοθεν
οἴκαδε οὔσης τῆς μεταστάσεως θαῤῥοῦντά τε ἰέναι ἐκέλευεν καὶ
C σθένει παντὶ ἔχεσθαι ἔργου. ἀλλὰ γὰρ τοιαῦτα ἐπᾴδων, ἤδη
μοι καὶ αὐτῷ βουλομένῳ, κατεκήλησέ γε ῥᾳδίως καὶ ἔπεισε. καὶ
τοίνυν ἐς τάδε ἀφῖγμαι. ἀλλά μοι εἴη ἄξιόν τι δρᾶσαι τῆς προ-
θυμίας, καὶ τοῦ μεγέθους τῶν ἔργων ὡς ἐγγυτάτω ἱκέσθαι.
Δηλωτέον δὲ πρότερον ὅστις τέ εἰμι καὶ ὅθεν, τοῦτο δὴ τὸ τοῖς
ξυγγραφεῦσιν εἰθισμένον. ἐμοὶ Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, Μύρινα δὲ

1. Vulg. inepte οὐκ ἀποχρώντως. Negationem, quam deleri iussit Toupius ad Suidam I. p. 53. ed. Lips., non agnoscit R. Fieri autem potest ut illa orta sit ex alia scriptura: εὖ κἀποχρώντως. ἀποχρῶντος R. 2. γεγενημένον R., γεγενημένος vulg. 3. περὶ πλ. γὰρ τἀμὰ R., ἐπεὶ π. πλ. τἀμὰ vulg. 4. τε om. R. 6. ἐμφαίνων τὰς ἐλπ. R., ὑποφαίνων ἐλπ. vulg. 7. ἀνόνητον R. μήτε πρὸς τὴν πεῖραν R. 8. καταπεπλῆσθαι (sic) R., δεδιέναι vulg. 9. δὲ om. R. 10. ἀδελφοὺς R. 11. μέτρῳ ἢ (sic) ἀλλήλων R., μ. ἐστὶν ἀλλ. vulg. οἴκαθεν R. 15. εἴη inseri iubet Clar. Hasius ad Leonem p. 185. coniecturamque viri sagacissimi confirmat R. 17. πρότερον, quod vulgo deest, add. R.

mentum. Hic itaque vir cum res meas maximi faceret, et de gloria utilitateque mea vehementer esset sollicitus, nunquam destitit me urgere, bonasque spes mihi ob oculos ponere, asserens, non ita arduum perfectuque difficile opus censeri debere, neque quia intentatum insolensque est, instar navigationis inexperto maris, pertimescendum; immo vero ita statuendum esse, historiam a poëtica non multum distare, sed haec duo gemina affiniaque esse, soloque propemodum rhythmo inter sese discrepare. Bono itaque animo, tanquam e patria in patriam migrantem, incedere omnibusque viribus operi instare iubebat. Talia itaque mihi assidue occinens, libentem etiam me facileque delinitum in suam sententiam adduxit. Contuli itaque me ad scribendam historiam, spe, dignum aliquid hoc praeclaro studio institutoque praestandi et ad magnitudinem rerum gestarum quam proxime accedendi. Superest, ut quis et cuias sim, ex more eorum qui historiam scribunt, declarem. Nomen itaque mihi Agathias, Myrina patria; Memnonius pater; ars vero Romanorum instituta ac leges et fori certamina. Myrinam autem dico, non illam Thraciam urbem, neque

πατρὶς, Μεμνόνιος δὲ πατὴρ, τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα [D] καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. Μύριναν δέ φημι οὐ τὸ Θράκιον πόλισμα, οὐδὲ εἴ τις ἑτέρα κατὰ τὴν Εὐρώπην τυχὸν ἢ Λιβύην τῷδε κέκληται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάλαι ὑπὸ Αἰολέων ἀπῳκισμένην, ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πυθικοῦ ποταμοῦ, ὃς δὴ ῥέων ἐκ Λυδίας τῆς χώρας ἐς τὸν ἔσχατον αὐλῶνα τοῦ κόλπου τοῦ Ἐλαΐτου ἐμβάλλει. γένοιτο μὲν [P. 6] οὖν ἐμοί γε τελεώτατα τῇδε τροφεῖα ὡς οἷόν τε ἀποτίσαι, καὶ ἅπαντα τὰ κλεινὰ καὶ πάτρια ἔργα ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγράψαι. νῦν δὲ ἡ μὲν εὐμενὴς καὶ ἵλαος καὶ τῆς προθυμίας ἡμᾶς ἀποδεχέσθω. ἐμοὶ δὲ ἐπὶ τὰ κοινὰ καὶ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἰτέον. Ποιήσομαι δὲ τὴν ξυγγραφὴν, οὐχ ἧπερ καὶ ἑτέροις ἐν τῷ παρόντι πεποίηται. ἤδη γάρ που καὶ ἄλλοι τὰ νῦν ἐς τόδε [B] πόνου ἀφίκοντο, ἀληθείας μὲν, ὡς τὰ πολλὰ, ἥκιστα μέλον αὐτοῖς καὶ τοῦ τὰ γεγενημένα ὡς ἔχουσι τύχης διεξιέναι, οὕτω δὲ διαφανῶς κολακεύειν πολλοὺς τῶν δυνατῶν καὶ ὑποθωπεύειν ἑλόμενοι, ὡς εἴποτε ἄρα καὶ ἀληθῆ φήσαιεν, ἀπιστεῖσθαι. καίτοι ἐγκωμίῳ μόνῳ προσήκειν οἱ ταῦτα δεινοί φασι, τὰ προσόντα ὁτῳοῦν ἀγαθὰ κατὰ τὸ μᾶλλον ἐξαίρειν· ἱστορία δὲ ἐπαινεῖν μὲν καὶ ἥδε τοὺς εὖ τι δράσαντας οὐ πάμπαν ἀναί- [C] νεται, οὐ μὴν τοῦτό γε σκοπὸν οἶμαι καὶ γνώρισμα ἔχειν ἐθέλει· ἀλλ' εἴ που ἡ τῶν πράξεων ἀπεργασία ἔπαινον ἢ ψόγον ἐπάγοι, οὐ βιάζεσθαι αὐτὴν θέμις, οὐδὲ μεταποικίλλειν τὰ γε-

1. δὲ post Μεμν. addidi ex R. 2. Μύῤῥιναν (ubique cum ῤῥ) R., Μύρινα vulg. 15. τύχης expungitur a corr. R. 23. ἐπάγοι R., ἐπάγει vulg. αὐτὴν N., αὐτῇ vulg., αὐτῆς R.

si qua alia per Europam aut Africam hoc nomine vocatur; sed quae est in Asia, veterum Aeolensium colonia, ad ostia Pythici fluminis sita; qui quidem fluvius ex Lydia regione fluens, in extremum Elaïtidis sinus alveum fertur. Sit itaque mihi, plenissima huic, quoad eius fieri potest, nutricationis praemia persolvere, omniaque illustria et patria facta accurate conscribere; nunc vero haec benigne et faventer propensum animum studiumque meum accipiat. Mihi autem publicarum maximarumque rerum scriptio est aggredienda. Instituam vero historiam, non ut ab aliis hodie factitatur, (sunt enim etiam alii hac tempestate qui in eadem arena versantur,) non, inquam, ut ii, quibus minima est veritatis cura, utque res gestas ita ut acciderunt commemorent: adeo vero aperte plerisque proceribus adulantur et palpum obtrudunt, ut, si quando etiam vera dicant, fides tamen eis abrogetur. Atqui periti harum rerum auctores soli encomio sive laudationi convenire aiunt, bona, quibus quisque praeditus est, verbis exaggerare atque extollere. Historiam vero, tametsi ne ipsa quidem a laudatione eorum, qui praeclari aliquid gesserunt, prorsus abhorret, hunc tamen scopum argumentumque sibi praefixum

γενημένα. οἱ δὲ ἱστορίαν μὲν ποιεῖσθαι ὁμολογοῦσι, καὶ τὸ
D τῆς ἐπιγραφῆς ἐπάγγελμα τοῦτο αὐτοῖς ὑποφαίνει, πεφώραν-
ται δὲ ὅμως τῇ πείρᾳ κομψευόμενοι τὴν ἐπωνυμίαν. τοὺς μὲν
γὰρ ἔτι περιόντας, εἴτε βασιλεῖς εἶεν, εἴτε καὶ ἄλλως ἐπίση-
μοι, οὐ μόνον τῇ ἀφηγήσει τῶν ἐξειργασμένων ἐγκωμιάζου-
σιν, (ᾗ γὰρ ἂν ὀλίγα ἡμάρτανον,) ἔνδηλοι δὲ ἅπασι γίνονται,
P. 7 ὅτι δὴ αὐτοῖς οὐδέν τι ἄλλο διεσπούδασται, ἢ μόνον ἐπαινεῖν
τε καὶ ἄγασθαι καὶ πέρα τοῦ ἀναγκαίου· τοὺς δὲ ἤδη τεθνη-
κότας, ὁποῖοί τινες καὶ ἐτύγχανον ὄντες, ἢ κακίστους ἀποκα-
λοῦσι καὶ τὰ κοινὰ λυμηναμένους, ἤ, τὸ γοῦν ἔλαττον δεινόν,
κατολιγωροῦσιν αὐτῶν, ὡς μηδὲ μνήμης τινὸς μεταδιδόναι.
ταύτῃ τε οἴονται τὰ παρόντα εὖ τιθέναι καὶ τὸ ἀεὶ κρατοῦν
B ἐκθεραπεύοντες ὠφέλειαν σφίσι πορίζεσθαι, κακῶς ἐπιστάμενοι
ὡς καὶ αὐτοὺς δήπου τοὺς πρὸς αὐτῶν ἐπαινουμένους οὐ μά-
λα τὰ τοιάδε ἀρέσκει, λογιζομένους, ὡς οὐχ ἱκανὸν ἔσται
τὸ τῆς κολακείας ἀρίδηλον τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν βεβαι-
ῶσαι. οὗτοι μὲν οὖν ξυγγραφόντων, ὥς πη φίλον αὐτοῖς καὶ
εἰθισμένον, ἐμοὶ δὲ τὸ ἀληθίζεσθαι περὶ πλείστου ἐκτέον, ἐς
C ὅ, τι χωρήσει. μεμνήσομαι δὲ τῶν ὅσα παρά τε Ῥωμαίοις καὶ
τῶν βαρβάρων τοῖς πλείστοις ἐς τόδε τοῦ καιροῦ ἐπράχθη ἀξι-

2. ὑποφαίνειν R. 6. ἔτι δῆλοι R. 8. πέρα R. Lugd., ὑπὲρ edd. 10. τὸ γοῦν R., τόγ' οὖν Lugd., τόγε οὖν edd. 17. ξυγγράφοντες ὥσπερ R. 18. ἐμοὶ δέ — χωρήσει. Hunc locum et mutilum et corruptum esse arbitror. Nihil opis affert R., imo corruptiora: ἐκτέον (sic) εὖ ὅτι χ. Num περὶ πλείστου ποιητέον, εὖ εἰδότι ὅτι..(?).. χωρήσει? Legebantur olim quaedam in margine R. litteris quadratis scripta, quae nunc crasa sunt.

habere nolle existimo. Sed sicubi factorum effectus laudem aut dedecus conciliat, vim facere historiae non licet, neque res ipsas palliare fucareque oportet. Hi vero historiam quidem scribere se profitentur, tituli que promissio hoc prae se fert; experientia tamen ipsa historiae appellationem fucantes deprehenduntur. Eos enim qui adhuc in vivis sunt, sive reges sive alioqui viros illustres, non solum commemoratione rerum gestarum laudant, in quo non nimis peccarent: sed omnibus conspicuum faciunt, nihil aliud ipsos operam dedisse, quam ut laude admirationeque quos volunt prosequantur, ultra quam par est; eos vero qui iam e vivis excesserunt, qualescunque fuerunt, aut pessimos vocant et rerum publicarum vastatores; aut, (quod utique minus grave est) ita eos contemnunt, ut ne memoria quidem ulla dignentur. Atque ita sese rem praesentem optime curasse existimant, semperque potentioribus assentantes privatis suis commodis consuluisse; non satis intelligentes, quod ne ipsis quidem, quos laudibus extulerunt, haec talia admodum placeant; reputantibus scilicet, manifestam illorum adulationem parum firmum esse gloriae existimationisque ipsorum stabilimentum. Scribant itaque hi pro sua libidine et more; mihi fixum est veritatem, quoad eius fieri possit,

αφήγητα, οὐ μόνον ὑπὸ ἀνδρῶν ἔτι βιούντων τυχὸν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τῶν ἤδη ἀποιχομένων, καὶ οὐδενότι παρήσω τῶν λόγου ἀξίων. Τοιγάρτοι εἰ καὶ μὴ πρότερον ἐς τὸ ξυγγράφειν προῆγμαι, ἢ μόνον ἐξ ὅτου Ἰουστῖνος ὁ νέος τὴν αὐτοκράτορα μετῆλθεν ἀρχὴν, Ἰουστινιανοῦ τεθνηκότος, ἀλλ' ἔγωγε καὶ D *ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους ἀναδραμοῦμαι, καὶ ὁπόσα οὔπω ἑτέρῳ τῳ ἐκπεπόνηται, ταῦτα δὲ οἰκεῖον ποιήσομαι ἔργον. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα τῶν κατὰ τοὺς Ἰουστινιανοῦ χρόνους γεγενημένων, ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι τῷ Καισαρειάθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγέγραπται, παριτέον ἐκεῖνα ἔμοιγε, ἅτε δὴ ἀποχρώντως εἰρημένα· τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὡς οἷόν τε, διεξιτέον. προοίμια* P. 8 *μὲν γὰρ αὐτῷ τῆς ἱστορίας Ἀρκάδιος ἀποβιοὺς ἐποιήθη, καὶ* V. 8 *τῷ ἐκείνου παιδὶ Θεοδοσίῳ Ἰσδιγέρδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς κηδεμὼν γεγενημένος, τά τε Οὐαραράνῃ καὶ Περόζῃ ξυνενεχθέντα, καὶ ὅπως Καβάδης βασιλεὺς καταστὰς ἀφῄρηται τὴν ἀρχὴν καὶ εἶτα θᾶττον αὐτὴν ἀνεκομίσατο, ὅπως τε Ἄμιδα* B *ἥλω πρὸς αὐτοῦ, Ἀναστασίου Ῥωμαίων βασιλεύοντος, καὶ ὅσους αὖθις μετ' ἐκεῖνον Ἰουστῖνος ὁ πρεσβύτης ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ διεδέξατο πόνους. ἑξῆς δὲ τοὺς Περσικοὺς πολέμους ὁπόσοι δὴ πρός τε Καβάδην καὶ Χοσρόην ἀμφὶ Συρίαν καὶ Ἀρ-*

2. *οὖν* addidi ex R. 4. *Ἰουστῖνος ὁ νέος.*, Intpr. *Iustinus ipse et iunior.* Fort. *οὗτος ὁ νέος.* 7. *ἑτέρῳ τε* R. 9. *τῷ* ante *Καισ.* add. ex R. 13. Post Θεοδοσίῳ add. Intpr. *et imperii procurationem*, scil. *καὶ τῇ βασιλείᾳ.* *Ἰσδιγέρδης* R., *Ἰσδηγ.* vulg. 14. *Οὐαραράνῃ* N., *Οὐαραβάνῃ* R., *Οὐαράνῃ* vulg. 16. *Ἄμιδον* R.

sequi. Persequar autem quaecunque memorabilia tam a Romanis quam barbaris plurimis hac tempestate sunt gesta, non eorum tantum qui adhuc fortasse vivunt, immo vero magis etiam eorum qui iam decesserunt; nihilque ex iis, quae memoratu digna videbuntur, omittam. Quocirca tametsi non prius ad scribendam historiam me contuli, quam ex quo tempore Iustinus iunior ad imperium accessit, mortuo Iustiniano: ad superiora tamen etiam tempora recurram; et quaecunque a nemine adhuc alio sunt elaborata, mihi vindicabo, propriumque opus efficiam. Pleraque enim Iustiniani temporibus gesta cum Procopius Caesariensis rhetor accurate conscripserit, mihi praetereunda iudicavi, ut plene satis tractata; quae vero post illum acciderunt, pro virili persequenda. Orsus enim est ille historiam suam a morte Arcadii, utque filio illius Theodosio Isdigerdes tutor fuerit institutus, et ab iis quae Vararanae et Perozae acciderunt, et quo pacto Cabades rex creatus regno exutus fuerit idemque postea recuperarit, utque Amidam ipsi Anastasio Romanorum regi eripuerit; quantos rursus post hunc Iustinus senior huic operi labores impenderit. Persequitur deinde bella Persica, quotquot adversus Cabadem et Chosroëm circa Syriam Armeniamque et per Lazorum confinia Iustinianus Romanorum Imperator gessit. Haec omnia e Procopii scriptis optime cognoveris, et Gelimer Vandalum, Carthaginemque urbem

μενίαν, καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ Λαζῶν ὅρια Ἰουστινιανῷ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι διαπεπολέμηνται, τούτους δὲ ἅπαντας ἐκ C τῶν Προκοπίου λόγων ἄριστα ἂν διαγνοίης, Γελίμερά τε τὸν Βανδίλον, καὶ Καρχηδόνα τὴν πόλιν, καὶ τὴν ξύμπασαν χώραν τῶν Ἄφρων ἀπὸ Βονιφατίου τε καὶ Γεζερίχου καὶ τῆς ἐν τῷ τότε ἀποστάσεως πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἰουστινιανῷ δουλωθεῖσαν, καὶ πάλιν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας μέρος γεγενημένην. μετὰ δὲ τὴν τῶν Βανδίλων κατάλυσιν, καὶ ὅσα οἱ Μαυρούσιοι τὸ ἔθνος ἔδρασάν τε καὶ πεπόνθασι πολλαχοῦ D τῆς Λιβύης κατὰ Ῥωμαίων παραταττόμενοι· ὅτι τε Στότζας καὶ Γόνθαρις Ῥωμαίων μὲν ἤστην, τυράννω δὲ καταστάντε, μεγίστων συμφορῶν τε καὶ στάσεων αἰτιωτάτω τῇ Λιβύῃ γεγόνατον, καὶ ὡς οὐ πρότερον ἐλώφησε τὰ δεινά, πρὶν ἐκείνω τὼ ἄνδρε διαφθαρῆναι· ἀλλὰ καὶ τάδε ἀμέλει ἅπαντα εὕροις γε ἂν ἐν ἐκείνοις· ὅπως τε ἡ στάσις ἡ ἐμφύλιος ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τοῦ βασιλέως ἀρθεῖσα, καὶ ἐπὶ μέγα κακοῦ ἀφιγμένη τὰ κοινὰ ἐδηλήσατο· τάς τε τῶν Οὔννων P. 9 ἐπιδρομάς, ὡς δὴ ἐν τῷ τότε τὸν Ἴστρον ποταμὸν περαιωθέντες, μέγιστα οἷα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐλυμήναντο, Ἰλλυρίους τε καὶ Θετταλοὺς καὶ τὰ πλεῖστα τῆς Εὐρώπης ληϊσάμενοι, μέρος δέ τι καὶ τῆς Ἀσίας, τὸν Ἑλλήσποντον διαβάντες. Σουρῶν δὲ ἡ πόλις ἡ ἐν Συρίᾳ, καὶ Βέῤῥοια, καὶ Ἀντιόχεια ἡ πρὸς

3. *Γελίμερα* N., *Γελίμερ* vulg., *Γελίμων* R., mg. *Γελίμερόν τε.* 7. *μέρος* om. R. 8. Pro *οἱ Μαυρούσιοι* R. habet *οἶμαι.* Satis verisimile est Agathiam scripsisse: *οἱ Μαυρ. οἶμαι τ. ἔ.* 10. *τε* R. pro *τῆς.* 10. *Λιβύης* R., *Λιβύας* vulg. *Στότζας* vulg. et Procop., *Στώτζας* R. 11. *Γονθαρεὶς* R. *Ῥωμαίων* vulg. et R., transfixa in R. nescio a quo *ν* finali. Intpr. qui vertit: *Romanarum partium erant*, aliquid amplius, fortasse *ξυμμάχω*, legisse videtur. 12. *τῆς Λιβύης* R. 18. *ὡς δὴ* R. corr. pro *ὃς δὴ, οἳ δὴ* vulg. 21. *τὴν Ἑλλ.* R. *Σουρῶν* R., *Σουρῶν* vulg., *Σούρων* Procop.

atque universam Afrorum regionem Iustiniano subiugatam, rursumque Romani Imperii partem factam, post multos annos quam, Bonifacii Gesericique aetate, inde avulsa fuerat. Post vero deletos Vandalos, quae quantaque mala et intulerit et acceperit gens Mauritanica, multis Libyae locis cum Romanis praeliata; utque Stotzas et Gontharis a Romanorum partibus stantes, arrepta tyrannide maximarum calamitatum seditionumque auctores Libyae fuerint, neque prius cessasse mala, quam duobus hisce capitibus e medio sublatis. Sed et haec fere omnia in Procopii historia reperias, quomodo videlicet intestina seditio Byzantii adversus regem excitata, inque maximum malum evecta, rem publicam afflixerit, Hunnorum etiam excursiones, qui ea tempestate transmisso Danubio Romanum Imperium quam maximis damnis affecerunt, Illyrios et Thessalos maximamque Europae partem depopulati, partem etiam Asiae, transmisso Hellesponto.

Ὀρόντῃ ποταμῷ, ὅπως οἰκτρότατα ὑπὸ Χοσρόου πεπόρθηνται, τήν τε Ἐδέσσης πολιορκίαν, καὶ ὅπως ἐνθένδε ἀποκρουσθεὶς ἔπειτα ἀπιὼν ᾤχετο, πάρεστι καὶ ταῦτα ἐν τοῖσδε θεάσασθαι· B τάς τε τῶν Αἰθιόπων καὶ Ὁμηριτῶν παρατάξεις, καὶ ὅτου δὴ χάριν ἄμφω ἐκείνω τὼ φύλω ἐς τόδε δυσμενείας ἠλθέτην. εἴρηται δὲ αὐτῷ πολλὰ καὶ τοῦ μεγίστου λοιμοῦ πέρι, ὅπως τε τὴν ἀρχὴν κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἐς τὸ ἀνθρώπειον γένος εἰσῄῤῥησε, καὶ ὁποῖα ἄττα παράλογα ἐν αὐτῷ ξυνηνέχθη. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁπόσα ὕστερον τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἀνὰ τὰ Λαζῶν C πολίσματα καὶ Πέτρας τὸ φρούριον, πρός τε Χοριάνην καὶ Μερμερόην καὶ τὰ Περσικὰ ἐξείργασται πλήθη, καὶ ταῦτα ἐκεῖθεν ἀναλεκτέον· μεταβάντι δὲ οἱ ἐπὶ τῆς Ἑσπέρας, ὅπως τε Θευδέριχος ὁ τῶν Γότθων βασιλεὺς ἀπεβίω, καὶ Ἀμαλασοῦνθα ἡ τοῦδε παῖς ὑπὸ Θευδάτου ἀνῄρηται, καὶ ἅπαντα ὧν δὴ ἕνεκα ὁ Γοτθικὸς πόλεμος ἀνεῤῥάγη, οὐδὲ ταῦτα ἐκείνῳ παρεῖται· οὐμενοῦν ἀλλ' οὐδὲ ὅπως Οὐΐττιγις ὁ μετὰ Θεύδα- D τον τοῦ Γοτθικοῦ γένους κρατήσας ὑπὸ Βελισαρίου τοῦ στρατηγοῦ μετά γε πλείστους ὅσους ἀγῶνας δορυάλωτος εἰς τὸ Βυζάντιον ἧκται· οὐδέ γε ὅπως Σικελία τε καὶ Ῥώμη καὶ Ἰταλία τοὺς ἐπήλυδας ἀποβαλοῦσα βαρβάρους πάλιν ἤθεσι πατρίοις μετεκοσμεῖτο. λάβοι δὲ ἄν τις ἐνθένδε, καὶ ὅτι Ναρσῆς ὁ τομίας ἐς Ἰταλίαν ἐστάλη, στρατηγὸς αὐτοκρά- P.10

4. ὅτου R., ὅτῳ vulg. 5. φύλω R. Lugd. (Cl.), Intpr. *hae gentes*, φίλω edd. 6. λιμοῦ R. 7. εἰσῄῤῥησε R. (Cl.), εἰσῄρησε vulg. 8. ἅττα R., ἄωτα vulg. 9. καὶ om. R. 14. Θευδάτου R. Lugd., Θεοδάτου edd. 16. ἀλλ' inserit R. οὐδὲ R. οὐδ' vulg. Οὐΐτιγις vulg. Θεύδατον R. Lugd., Θεόδατον edd. 18. μετά γε R. Lugd., μετά τε edd. ὅσους om. R. 19. ἧκται R. (Cl.), ἴκται vulg. 22. ταμίας R.

Suro etiam oppidum in Syria, et Berrhoea, et Antiochia ad Orontem fluvium quo pacto misserrime a Chosroë fuerint vastatae; Edessae quoque obsidionem, et quo pacto inde depulsus decesserit. Est etiam in iis videre Aethiopum et Homeritarum praelia; quaeque inimicitiarum causae inter istas nationes fuerint Multa etiam scribit de atrocissima illa pestilentia, et quibus initiis in humanum genus irrepserit, quamque inaudita in ea evenerint. Praeterea quaecunque deinceps Romanorum exercitus circa Lazorum oppida et Petrae propugnaculum et adversus Chorianem et Mermeroëm Persarumque copias gesserit, inde etiam peti possunt. Cum vero in occidentem transiit, quo pacto Theodericus Gothorum rex excesserit e vivis, et Amalasuntha eius filia a Theodato fuerit interfecta; omnia etiam, quorum causa Gothicum bellum exarsit, est persecutus; deinde, quo pacto Vitigis, qui post Theodatum Gothicae nationi praefuit, a Belisario post multa praelia captivus Byzantium sit ductus; denique quomodo Sicilia et Roma et Italia, barbaris eiectis, patriis

τωρ πρὸς τοῦ βασιλέως γεγενημένος, τούς τε κλεινοὺς ἐκείνους πολέμους, οἳ δὴ αὐτῷ πρὸς Τώτιλαν ἄριστα διαπεπόνηνται· ὅτι τε αὖθις μετ' ἐκεῖνον Τεΐας ὁ Φρεδιγέρνου τὴν Γοτθικὴν ἡγεμονίαν διαδεξάμενος, οὐκ ἐς μακρὰν καὶ αὐτὸς ἀνῃρέθη. ταῦτα δὲ πάντα ἐς ἕκτον τε καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας γεγένηνται, καὶ Προκοπίῳ μὲν τῷ ῥήτορι ἐν τοῖσδε B οἶμαι αὐτῷ τὰ τῆς ξυγγραφῆς διήνυσται καὶ ξυνετελέσθη· ἐγὼ δὲ ἐς τὰ ἐχόμενα τούτων, ἐφ' ἅπερ καὶ τὴν ἀρχὴν ὡρμήθην ἰέναι, καὶ δὴ ἐπὶ ταῦτα εἶμι. καὶ δὴ ἔχομαι τῶν πραγμάτων.

A. C. 552 ά. Ἐπειδὴ Τεΐας ὁ μετὰ Τώτιλαν τῶν Γότθων ἡγεμὼν κα-
I. I. 2 ταστὰς, ἀνακαλεσάμενος τὰς δυνάμεις καὶ πόλεμον, πανσυδεὶ
P. 11
V. 9 πρός τε Ναρσῆν καὶ Ῥωμαίους παραταξάμενος ἡσσήθη τε κατὰ κράτος καὶ αὐτοῦ πολεμῶν διεφθάρη, οἵ τε περισωθέντες τῶν Γότθων, ἐγκειμένων σφίσι Ῥωμαίων καὶ οὐκ ἀνιέντων, πιεζόμενοι ταῖς τε ἐπιδρομαῖς καὶ ὅτι ἐν χώρῳ ἀνύδρῳ ἐτύγχανον ξυνειλεγμένοι, σπονδὰς τίθενται πρὸς Ναρσῆν, ἐφ' ᾧ τὴν μὲν οἰκείαν ἀδεῶς νέμοιντο χώραν, βασιλεῖ δὲ τῶν Ῥωμαίων κατήκοοι τολοιπὸν ὄντες διατελοῖεν· ἐπειδὴ ταῦτα τῇδε B ἐχώρει, ἐδόκει μὲν ἅπασι πέρας ἔχειν τὰ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πο-

1. τούς τε R. Lugd., τοὺς δὲ edd. 2. *Τώτιλλαν* R. et sic ubique. 6. *γεγένηται* Par. 12. *ἀνακαλεσάμενος τὰς* addidi ex R., Intpr. *in unum iam contractis exercitibus.* Verum ante *πόλεμον* articulum desidero. *πανσυδὶ* R. 18. *δὲ* add. R. (Cl.). 19. *λοιπὸν* R. 20. *τοῦ — πολέμων* Par

rursum moribus legibusque fuerit decorata. Inde etiam cognosci potest, quo pacto Narses Eunuchus in Italiam sit missus, praetor imperatorque a rege constitutus; illustria etiam bella, quae ille adversus Totilam praeclare confecit: utque rursum post illum Teias Fredigerni filius, Gothorum praefectura accepta, non multo post caesus fuerit. Haec vero omnia ad annum usque sextum et vigesimum regni Iustiniani sunt gesta. Ac Procopius quidem in his, uti arbitror, finem historiae suae facit. Ego vero his proxima et consequentia, ut initio mihi propositum fuit, persequens, res ipsas aggredior.

1. Teias Gothorum post Totilam dux, instauratis copiis cum bellum totis viribus Narseti Romanisque intulisset, insigni clade accepta, in acie praelians periit. Gothi qui evaserant, Romanis absque ulla intermissione persequentibus, pressi assiduis insultibus et siccitate locorum, in quae se receperant, pacis conditiones cum Narsete ineunt; ut scilicet suas illi terras intrepide habitent, regique Romanorum deinceps pareant. Haec cum ita iis in locis cessissent, videbantur omnibus bella in Italia finem nacta: cum potius praeludia aliorum bellorum essent. Censeo enim aevum hoc nostrum nunquam a bellis liberum futurum, immo potius perpetuo duratura atque adeo invali-

λέμων· τὰ δὲ ἦν ἄρα προοίμια. οἶμαι γὰρ οὐδὲ ἐπιλείψειν ποτὲ A. C. 552
τὸν αἰῶνα ἡμῶν τὰ τοιάδε, μένειν δὲ ἐς ἀεὶ καὶ ἀκμάζειν, ἔς I. 1. 26
τ' ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ, ἐπεὶ καὶ ἄνωθεν ἡμῖν, ὡς
ἔπος εἰπεῖν, συνεισῆλθε τῷ βίῳ. καὶ οὖν μεστὴ μὲν ἡ ποίησις,
πλήρης δὲ ξύμπασα ἱστορία πολέμων τε καὶ παρατάξεων, καὶ P. 12
οὐκ ἂν ἄλλο τι εὕροις ἐν τῇδε κατὰ τὸ μᾶλλον ἀναγεγραμμένον·
αἴτιον δὲ οἶμαι τούτων οὐχ, ὅπερ οἱ πολλοί φασιν, ἀστέρων τε
πορείας καὶ τὸ μεμαρμένον καί τινας παραλόγους ἀνάγκας. εἰ
γὰρ τὰ τῆς πεπρωμένης ἐν πᾶσι νικῴη, ἀφαιρεθείη δὲ τῶν ἀν-
θρώπων τὸ προαιρετὸν καὶ ἑκούσιον, παραινέσεις μὲν ἁπάσας
καὶ τέχνας καὶ διδασκαλίας κενὰ καὶ ἄχρηστα νομιοῦμεν,
οἰχήσονται δὲ φροῦδοι καὶ ἄκαρποι αἱ τῶν ἄριστα βιούντων
ἐλπίδες. οὐ μέντοι ἀλλ' οὐδὲ τὸ θεῖον αἴτιον, ὥς γε ἐμὲ γι-
γνώσκειν, φόνων τε καὶ συμπλοκῶν ἡγεῖσθαι προσήκει. τὸ γὰρ
ἀγαθὸν ἐκεῖνο καὶ ἀλεξίκακον φόνιόν τε καὶ φιλοπόλεμον οὔτ' B
ἂν ἔγωγε φήσαιμι, οὔτε εἰπόντι πιστεύσαιμι. ἐς δὲ πλεονεξί-
αν τε καὶ ἀδικίαν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ αὐθαίρετα κατολι- V. 10
σθαίνουσαι, πολέμων τε καὶ ταραχῶν ἅπαντα ἐμφοροῦσιν, ἐν-
θένδε τε ὄλεθροι ξυμβαίνουσι πολλοί, καὶ γένη ἀνθρώπων ἀνάρ-
παστα γίγνεται, καὶ μυρίαι ἄλλαι ὠδίνονται κῆρες. οὕτω
γὰρ δὴ καὶ τότε οἱ Γότθοι ἐπειδὴ τὰς σπονδὰς θέμενοι καὶ
διακριθέντες οἱ μὲν αὐτῶν εἴσω τοῦ Πάδου πρότερον διαι-
τώμενοι ποταμοῦ, ἔς τε Τουσκίαν καὶ Λιγουρίαν, καὶ ὅθι

6. τῇδε R., τοῖσδε vulg. 8. μεμαρμένον R., μεμορμ. vulg.
9. νίκην R. 12. ἄριστα R., ἄριστον vulg. 18. τε add. R.
20. οὕτω R. Lugd., οὕτως edd.

tura quamdiu haec ipsa natura hominum extiterit. Si enim altius rem repetamus, una cum ipsa vita propemodum dixerim invecta sunt bella; atque ita plena est poësis, plena omnis historia bellorum et praeliorum, neque quicquam in his comperias uberius conscriptum. Causam vero horum censuerim, non, ut multi statuunt, stellarum cursus et fatum atque absurdas quasdam necessitates. Si enim fati necessitas omnia permearet, eriperetur hominibus arbitraria voluntatis electio, et quidem praecepta omnia et artes ac disciplinae vanae inutilesque essent censendae; evanidae etiam fuerint infrugiferaeque eorum, qui optime vitam suam instituunt, spes. Sed nec Deum, quantum mea fert sententia, caedium et conflictuum auctorem censere oportet. Summam enim illam bonitatem omnisque mali profligatricem caedibus bellisque gaudere, nec ipse dixerim, nec id affirmanti acquieverim. Hominum vero animi in plus habendi cupiditatem et iniustitiam prolabentes, bellis omnia et tumultibus miscent; atque hinc interitus multaeque gentium interneciones eveniunt, innumeraeque aliae calamitates oriuntur. Eodem modo etiam tum temporis Gothi ictis foederibus dirempti, nonnulli eorum qui intra Padum fluvium degebant, in Tusciam et Liguriam, et quo cuique li-

A. C. 552 ἑκάστῳ θυμῆρές τε ἦν καὶ εἰθισμένον, ἐχώρουν· οἱ δὲ ἐκτός, I. I. 26 διαβάντες, ἀμφὶ Βενετίαν καὶ τὰ τῇδε φρούρια καὶ πολίσματα, C ᾗπερ καὶ ἐν τῷ πρὸ τοῦ, ἐσκεδάννυντο· ἐπειδὴ οὖν ἐν τοῖσδε ἐτύγχανον ὄντες, προσῆκον αὐτοὺς τὰ μὲν ὠμοσμένα τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐμπεδῶσαι, τὰ δὲ σφέτερα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ κατέχοντας κινδύνων ἀπηλλάχθαι χρονίων, καὶ μόλις γοῦν τῶν δεινῶν ἀναπνεῦσαι· οἱ δὲ, ἐλάχιστον ἐπισχόντες, νεωτέρων αὖθις ἐφίεντο πραγμάτων, καὶ ἐς ἀρχὴν ἑτέρου πολέμου καθίσταντο. ἐπεί τε αὐτοὶ κατὰ σφᾶς οὐκέτι πρὸς Ῥωμαίους ἀξιόμαχοι ᾤοντο εἶναι, αὐτίκα παρὰ τοὺς Φράγγους ἐτράποντο, ἄμεινον σφίσιν αὐτοῖς τὰ παρόντα ἔσεσθαι κρίνοντες, καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐς ὅ, τι μάλιστα διαρκεστάτην, εἴγε ἐξ ὁμόρων τε καὶ ἀστυγειτόνων ξυμμαχίαν ἐπαγόμενοι εἶτα θᾶττον ἀναμαχέσοιντο.

D β'. Πρόσοικοί τε γάρ εἰσι τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἀγχιτέρμονες τὸ γένος τῶν Φράγγων. εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ πάλαι ὀνομαζόμενοι Γερμανοί. δῆλον δέ· ἀμφὶ Ῥῆνον γὰρ ποταμὸν οἰκοῦσι καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον, ἔχουσι δὲ καὶ Γαλλιῶν τὰ πλεῖστα, οὐ πρότερον πρὸς αὐτῶν κατεχόμενα, ἀλλ' ὕστερον ἐπικτηθέντα, καὶ τὴν Μασσαλίαν πόλιν, τοὺς Ἰώνων ἀποίκους. ταύτην γὰρ δὴ πάλαι Φωκαεῖς ἐξ Ἀσίας ὑπὸ Μήδων ἀναστάντες κατῴκισαν, Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεω Περσῶν βασιλεύοντος, καὶ νῦν ἐξ Ἑλληνίδος ἐστὶ βαρβαρική·

4. ὀμοσμένα R. 5. κατέχοντες R. 13. ἐς εἶτα R. ἀναμαχέσοιντο R., ἀναμαχέοιντο vulg. 14. τε add. fr. et R. τῇ Ἰταλίᾳ R., τῆς Ἰταλίας vulg., ταύτης R. 17. δὲ R., γε vulg. 20. κατῴκησαν R.

bitum erat concesserunt; alii vero trans Padum circa Venetias sparsi in castellis et oppidulis, quibus assuerant, consederunt. Cum itaque hoc in statu essent res Gothorum, decebat ipsos pacta iurata re ipsa factisque confirmare et stabilire, et res suas in tuto continentes, sese a diuturnis periculis vindicare, atque aliquando tandem ab aerumnis respirare. At vero cum per brevissimum tempus sese continuissent, rursus res novas moliti, alterius belli semina iecerunt. Cumque ipsi per se impares sese iudicarent, qui deinceps cum Romanis praeliarentur, statim ad Francos se converterunt, melius res suas habituras rati, utilitatemque se inde longe uberrimam percepturos, si cum finitimis et propinquis societate inita bellum facilius instaurarent.

2. Sunt enim Franci Italis accolae et contermini, olim dicti Germani; quod quidem satis constat. Nam circa Rhenum fluvium habitant, et continentem ei adiacentem, maximamque Galliarum partem occupant, non quidem iam olim ab ipsis possessam, sed posterius acquisitam. Massiliam quoque urbem tenent, Ionum coloniam. Hanc enim olim Phocenses ex Asia a Medis pulsi incoluerunt, Dario Hystaspis filio apud Persas regnante; et nunc ex Graecanica est barbarica. Patria enim rei publicae administratione abiecta, imperantium legibus utitur. Videtur vero etiam hodie,

τὴν γὰρ πάτριον ἀποβεβληκυῖα πολιτείαν, τοῖς τῶν κρατούντων [A. C. 552] χρῆται νομίμοις. φαίνεται δὲ καὶ νῦν οὐ μάλα τῆς ἀξίας [I. I. 26] τῶν παλαιῶν οἰκητόρων καταδεεστέρα. εἰσὶ γὰρ οἱ Φράγγοι οὐ [P. 13] νομάδες, ὥσπερ ἀμέλει ἔνιοι τῶν βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ πολιτείᾳ ὡς τὰ πολλὰ χρῶνται Ῥωμαϊκῇ, καὶ νόμοις τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ἀμφί τε τὰ συμβόλαια καὶ γάμους, καὶ τὴν τοῦ θείου θεραπείαν νομίζουσιν. Χριστιανοὶ γὰρ ἅπαντες τυγχάνουσιν ὄντες καὶ τῇ ὀρθοτάτῃ χρώμενοι δόξῃ· ἔχουσι δὲ καὶ ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι καὶ ἱερεῖς, καὶ τὰς ἑορτὰς ὁμοίως ἡμῖν ἐπιτελοῦσι, καὶ, ὡς ἐν βαρβάρῳ γένει, ἔμοιγε δοκοῦσι σφόδρα εἶναι κόσμιοί τε καὶ ἀστειότατοι καὶ οὐδέν τι ἔχειν τὸ διαλλάττον, ἢ μόνον τὸ βαρβαρικὸν τῆς στολῆς καὶ τὸ τῆς φωνῆς ἰδιάζον. ἄγαμαι γὰρ αὐτοὺς ἐς τὰ μάλιστα ἔγωγε τῶν τε ἄλλων ὧν ἔχουσιν ἀγαθῶν καὶ τῆς ἐς ἀλλήλους δικαιοσύνης τε καὶ ὁμονοίας. πολλάκις γὰρ ἤδη καὶ πρότερον, καὶ μὲν δὴ [B] καὶ τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ, τυχὸν μὲν ἐς τρεῖς, τυχὸν δὲ καὶ ἐς πλείους ἡγεμόνας τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς μεμερισμένης, οὐπώποτε πόλεμον ἤραντο κατ' ἀλλήλων, οὐδὲ αἵματι ἐμφυλίῳ τὴν πατρίδα ἔγνωσαν μιαίνειν. καίτοι ἔνθα ἂν μεγάλαι δυνάμεις ἰσόῤῥοποί τε καὶ ἀμφήριστοι ἀναφανεῖεν, ἐνταῦθα ἀνάγκη φρονήματα φύεσθαι σκληρὰ καὶ ὀγκώδη, φιλοτιμίαι τε, ὥσπερ εἰκὸς, ὠδίνονται καὶ φιλοπρωτεῖαι, καὶ ἄλλα ἅττα μυρία ταραχῶν τε

2. *νομίμοις* R., *νόμοις* vulg. 3. *καταδεέστερον* R. 4. *ἀμέλει* om. fr. 6. *τήν τε θεραπείαν* R. 11. *καὶ οὐδέν τι* fr. et R., vulg. *οὐδέν τε*. 16. *καὶ τῷ* R., *καὶ ἐν τῷ* vulg. *καὶ* ante *ἐς* om. fr. 17. *ἡγεμόνας* add. ex R. fr. et Intpr. *principes*. 20. *ἀνάγκη* add. ex iisdem. 21. *φύεσθαι* R. Lugd., *φύεται* edd. *τε* om. R. 22. *φιλοπρωτεῖαι* fr., *φιλοπρωτίαι* vulg. et R.

ἐπικράτειαν δεξαμένην· τῷ τοι ἄρα καὶ εἰκότως πολλῶν ἰδεῶν C
τε καὶ νόμων γνωρίσματα σώζει. πρῶτοι μὲν γὰρ ὧν ἀκοῇ
ἴσμεν Ἀσσύριοι λέγονται ἅπασαν τὴν Ἀσίαν χειρώσασθαι,
πλὴν Ἰνδῶν τῶν ὑπὲρ Γάγγην ποταμὸν ἱδρυμένων. Νῖνός
τε πρότερον φαίνεται καὶ βασιλείαν ἐνταῦθα βεβαίαν καταστη-
σάμενος, Σεμίραμίς τε αὖ μετ' ἐκεῖνον, καὶ ἑξῆς ἅπαντες οἱ
τούτων ἀπόγονοι μέχρι καὶ ἐς Βελεοῦν τὸν Δερκετάδου. ἐς
τοῦτον γὰρ δὴ τὸν Βελεοῦν τῆς τοῦ Σεμιραμείου φύλου δια-
δοχῆς παυσαμένης, Βελητάρας τις ὄνομα, φυτουργὸς ἀνὴρ καὶ
τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις κήπων μελεδωνὸς καὶ ἐπιστάτης, ἐκαρ-

6. ἄλλην γ. οὕτω πολ. οὐκ οἶδα. Sic R. et vulg. Intpr. legisse videtur ἄλλ. γ. πολ. οὔπω οἶδα, aut ἄλλ. γ. οὔπω πολ. οὕτως οἶδα, nam vertit: *nondum enim aliam rem p. vidi.* 7. μεταβαλούσας R. 12. Νῖνος R., Νίνος vulg. 13. βεβαίαν add. ex R., Intpr. *videtur tunc primum imperium obfirmasse.* 15. Βελεοῦν R., Βελλεοῦν vulg. Intpr. eum vocat *Belum Decortari.* Quidquid scripserit Agathias, illud dubio caret eundem esse, qui in Canone Eusebii et apud Syncellum *Belochus* vocatur; secundum Syncellum XIX. Assyriorum rex, cui successerit *Balatorus*, apud S. Hieronymum *Bellepares*: Eusebio, qui cuncta fraudibus turbavit, *Balaeus* dictus. ἐς τοσοῦτον R. 17. Βελητάρας R., Intpr. *Belitaras*, Βελητάραν vulg.

arcana sacra peragunt, et de rebus futuris sciscitantur. Hoc vero, ut arbitror, institutum vel a Chaldaeis, vel ab alia aliqua natione acceperunt, neque enim cum aliis consentit. Ita illis opinio ex quamplurimis gentibus conflata, varie admodum composita est. Et mihi quidem non abs re id factum videtur. Neque enim aliam ullam rem publicam novi, in ita varias formas ac species mutatam, quaeque in uno eodemque statu quam diutissime permanere non potuerit; sed cum quam plurimarum ac diversissimarum gentium imperium admiserit, idcirco etiam verisimiliter multarum formarum et legum monumenta servat. Primi enim omnium, quos auditu accepimus, Assyrii dicuntur universam Asiam occupasse, exceptis Indis, qui ultra Gangem habitant. Ninus quoque primo videtur etiam imperium ibi stabilisse, et post eum Semiramis, ac deinceps omnes horum posteri ad Belum Dercetadae filium. Cum enim in hoc Belo Semiramicae stirpis successio desineret, Belitaras quidam nomine vir insitor et hortorum, qui in regia erant, curator ac magister, imperium sibi mira ratione

A. C. 554 πώσατο παραλόγως τὴν βασιλείαν, καὶ τῷ οἰκείῳ ἐνεφύτευσε
I. I. 28 γένει, ὥς που Βίωνι γέγραπται καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πολυΐστο-
D ρι, ἕως ἐς Σαρδανάπαλον, ὡς ἐκεῖνοί φασι, τῆς ἀρχῆς ἀπο-
μαρανθείσης, Ἀρβάκης ὁ Μῆδος καὶ Βέλεσυς ὁ Βαβυλώνιος
ἀφῄρηνται αὐτὴν τοὺς Ἀσσυρίους, καθελόντες τὸν βασιλέα,
καὶ ἐς τὸ Μηδικὸν μετέστησαν ἔθνος, ἓξ τε καὶ τριακοσίων
V. 46 ἤδη πρὸς τοῖς χιλίοις, ἢ καὶ ὀλίγῳ πλειόνων, ἐτῶν παρῳχη-
κότων, ἐξ οὗ τὰ πρῶτα ὁ Νῖνος τῶν ἐκείνῃ κατέσχεν πρα-
γμάτων. οὕτω γὰρ Κτησίᾳ τῷ Κνιδίῳ τοὺς χρόνους ἀναγρα-
ψαμένῳ καὶ Διόδωρος ξύμφησιν ὁ Σικελιώτης. Μῆδοι τοίνυν
αὖθις ἐκράτουν, καὶ ἅπαντα τοῖς ἐκείνων ἐτάττοντο νόμοις. ἔτη
P. 64 δὲ καὶ τούτων ἐν τῇ ἀρχῇ διανυσάντων οὐ μεῖον ἢ τριακόσια,
Κῦρος ὁ Καμβύσου τὸν Ἀστυάγην καταπολεμήσας, ἐπὶ Πέρ-
σας τὴν ἡγεμονίαν μετήγαγε. πῶς δὲ οὐκ ἤμελλεν, Πέρσης τε
ὢν αὐτὸς ἰθαγενὴς, καὶ ἅμα χαλεπαίνων τοῖς Μήδοις διὰ τὰς
ξὺν Ἀστυάγει παρατάξεις; κρατήσαντες δὲ καὶ οἱ Περσικοὶ
βασιλεῖς ὀκτώ τε καὶ εἴκοσι καὶ διακόσια ἔτη, καὶ μέντοι καὶ
ἡ τούτων ἀρχὴ τελεώτατα διεῤῥύη, στρατῷ ἐπηλύτῃ καὶ βα-
σιλεῖ ἀλλοτρίῳ καταλυθεῖσα. Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Φιλίππου Δα-
ρεῖον ἀποκτείνας τὸν Ἀρσάμου, τὸν βασιλέα, καὶ ἅπασαν
τὴν Περσίδα παραστησάμενος, ἐς Μακεδονικὴν τὰ πράγματα

3. Intpr. post *Σαρδ.* addit *sub quo*, quasi legisset *ἐφ' οὗ*. 4. *Βέλεσυς* R., *Βέλεσσυς* vulg. 7. *ἢ καὶ* R., Intpr. *aut*, *καὶ* vulg. — Secundum Syncellum 1460. 8. *ἐξ οὗ* R., *ἀφ' οὗ* vulg. *τῶν ἐκείνων* R. 11. *ἔτι* R. pro *ἔτη*. 14. Intpr. *cum Persa is esset, Persiaeque insuetus.*

vindicavit suoque generi insevit, quemadmodum Bio et Alexander Polyhistor memoriae prodiderunt, donec Sardanapalo regnante, ut illi scribunt, cum iam emarcuisset imperium, Arbaces Medus et Belesys Babylonius illud Assyriis eripuerunt, interfecto ipsorum rege, et ad Medos transtulerunt, sex et trecentis iam supra mille et paulo amplius annis elapsis, ex quo primum Ninus ibi summam rerum obtinuerat. Ita enim Ctesiae Cnidio tempora describenti Diodorus etiam Siculus assentitur. Medi itaque rursum imperium sunt adepti, omniaque ipsorum legibus constituebantur. Cum vero etiam hi annis non minus trecentis imperio essent potiti, Cyrus Cambysae filius Astyage debellato ad Persas imperium traduxit. Quo pacto enim id non erat facturus, cum et Persa ipse esset indigena, simulque Medis infensus ob proelia cum Astyage habita? Cum vero etiam Persici reges annis octo et viginti supra ducentos imperassent, etiam horum imperium penitus est collapsum, ab externo exercitu et rege alienigena dissipatum. Alexander enim Philippi filius interfecto Dario rege, Arsami filio, totaque Perside subacta, ad Macedonicam gubernationem res transtulit. Ita enim rerum gesta-

μετέθηκε πολιτείαν. οὕτω γὰρ ἦν μεγαλουργὸς ἐς τὰ μάλιστα A. C. 554 καὶ ἀμαχώτατος, ὥς, ἐπειδὴ αὐτὸν καὶ ἀποβιῶναι ξυνέβη, I. L. 28 ὅμως τοὺς ἐκείνου διαδόχους, Μακεδόνας γε ὄντας, κατασχεῖν B ἐπιπλεῖστον τῆς ἀλλοδαπῆς καὶ ὀθνείας, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἀφικέσθαι. καὶ οἶμαι ἄχρι καὶ ἐς τόδε τοῦ καιροῦ ἦρχον ἂν καὶ ἐπεκράτουν, τῇ τοῦ οἰκιστοῦ κρατυνόμενοι δόξῃ, εἰ μὴ ἐς ἀλλήλους στασιάσαντες, καὶ θαμὰ κατά τε σφῶν αὐτῶν καὶ πρὸς Ῥωμαίους παραταξάμενοι, τοῦ πλείονος ἕκατι, διέλυσαν τὰς οἰκείας δυνάμεις, καὶ οὐκέτι ἀνάλωτοι τοῖς πέλας ἐδόκουν. τοιγάρτοι ἄρξαντες οὐ λίαν ἐλάττονα χρόνον τῶν Μήδων, ὅτι μὴ ἑπτὰ ἔτεσι δέοντα, (πειστέον γὰρ κἀνταῦθα τῷ Πολυΐστορι,) ἐς τοσοῦτον δὴ οὖν κρατήσαντες, Παρθυαῖοί C γε αὐτοὺς, ἔθνος κατήκοον καὶ ἥκιστα ἐν τῷ πρὸ τοῦ ὀνομαστότατον, παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς τοὺς Μακεδόνας. καὶ εἶτα ἐκεῖνοι τῶν ὅλων πλὴν Αἰγύπτου ἡγοῦντο, Ἀρσάκου μὲν πρότερον τῆς ἀποστάσεως ἀρξαμένου, ὡς καὶ Ἀρσακίδας τοὺς μετ' αὐτὸν ὀνομάζεσθαι, Μιθριδάτου δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς μέγα τι κλέος τὸ Παρθυαίων ὄνομα ἐξενεγκόντος.

κϛʹ Ἑβδομήκοντα δὲ ἐτῶν ἤδη ἐπὶ διακοσίοις παρῳχηκό-

12. κρατήσαντας et 16. ἀρξαμένους sph. Par. 19. Ab Arsacis initiis usque ad interitum Artabani anni 476. numerantur: vid. Ste. Croix ad Tacit. ed. Oberlin. T. II. p. 872. Unde aliquis coniiciat ἑβδομήκοντα ἐπὶ τετρακοσίοις emendandum esse. Verumtamen nihil mutare ausim, quum propter consensum R. et Intpr. cum Lugdunensi, tum vero praesertim propter temporis summam, quod Agathias Macedonum imperio tribuit. Quos quum septem tantum annis minus quam Medos Asiam tenuisse ponit, Medos autem per 300. annos imperasse, sequitur illum sibi persuasisse, Parthorum imperium anno demum 44. a. Chr. n. exortum esse. Ita vero Macedonum annos a primo Alexandri post patrem regnantis, non a Darii regno everso supputavit. Ac Polyhistorem quoque auctorem falso fert, qui Sulla rem Romanam tenente florebat.

rum magnitudine eximie clarus erat belloque insuperabilis, ut etiam posteaquam eum e vivis excedere contigit, successores tamen ipsius, Macedones cum essent, alienam exteramque regionem quam diutissime in potestate retinuerint, et ad summam potentiam evaserint. Et sane arbitror eos etiam in hunc usque diem regnaturos imperiumque obtenturos fuisse, Alexandri gloria suffultos, nisi inter se dissidentes frequentibusque proeliis tum adversus se mutuo, tum adversus Romanos habitis, plura habendi studio, suas ipsorum vires potentiamque fregissent, effecissentque ut non amplius finitimis insuperabiles viderentur, cum alioquin imperassent non minore temporis spatio quam Medi, septem videlicet annis minus; nam etiam hac in re credendum est Polyhistori. Cum itaque tanto tempore imperassent, a Parthis, gente aliis subdita minimeque antea cele-

A. C. 554 των ἀπὸ Ἀρσάκου τοῦ προτέρου ἐς Ἀρτάβανον τὸν ἔσχατον
I. I. 28 βασιλέα, ἡνίκα τὰ Ῥωμαίων πράγματα ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ τῷ
Μαμαίας παιδὶ ἐτετάχατο, κατ' ἐκεῖνο δὴ τοῦ καιροῦ τὸ Χοσ-
D ρόου τοῦ καθ' ἡμᾶς βασιλεύειν ἤρξατο γένος, ἥ τε μέχρι καὶ
νῦν παρὰ Πέρσαις κατέχουσα πολιτεία ἐν τῷ τότε ἀρχὴν εἴ-
ληφε καὶ οἷον κατάστασιν πρώτην. Ἀρταξάρης γάρ τις τοὔνο-
μα, Πέρσης ἀνήρ, ἄδοξος μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἀφανέστατος, ἄλ-
λως δὲ μεγαλουργὸς καὶ δραστήριος, καὶ δεινὸς κινῆσαι τὰ κα-
θεστῶτα, ξυνωμότας ἀγείρας καὶ ἐπιθέμενος, Ἀρτάβανον μὲν
ἀναιρεῖ τὸν βασιλέα, ἑαυτῷ δὲ περιθεὶς τὴν κίδαριν, καὶ τὴν
Παρθικὴν δύναμιν καταλύσας, αὖθις τοῖς Πέρσαις τὴν σφετέ-
ραν ἀνενεώσατο βασιλείαν. ἦν δέ γε οὗτος τῇ μαγικῇ κάτοχος
P. 65 ἱερουργίᾳ καὶ αὐτουργὸς τῶν ἀποῤῥήτων. ταῦτά τοι καὶ τὸ
μαγικὸν φῦλον ἐγκρατὲς ἐξ ἐκείνου γέγονε καὶ ἀγέρωχον, ὂν
μὲν ἤδη καὶ πρότερον, καὶ ἐκ παλαιοῦ τήνδε τὴν ἐπίκλησιν
ἀποσῶζον, οὔπω δὲ ἐς τοῦτο τιμῆς τε καὶ παῤῥησίας ἠρμένον,
ἀλλ' ὁποῖον ὑπὸ τῶν ἐν τέλει ἐστὶν ᾗ καὶ περιορᾶσθαι. δῆλον
δέ· οὐ γὰρ ἂν οἱ ἀμφὶ Δαρεῖον Πέρσαι, Σμέρδιος πάλαι τοῦ
μάγου μετὰ Καμβύσην τὸν Κύρου τὴν βασιλείαν ὑποσυλήσαν-
τος, συμφορὰν ἐποιοῦντο τὸ γεγενημένον, καὶ αὐτόν τε τὸν Σμέρ-

9. ξυνομότας R. 16. ἡγμένον R. 19. τοῦ Κύρου R.

bri, imperio fuerunt exuti; qui deinceps eo universo, Aegypto excepta, sunt potiti; Arsacide quidem primum defectionis auctore, adeo ut Arsacidae, qui eum sequuti sunt, dicti fuerint. Mithridates vero non multo post ad summam quandam gloriam Parthorum nomen evexit.

26. Annis autem LXX. supra ducentos ab Arsace primo ad Artabanum ultimum regem usque elapsis, cum Romanorum res sub Alexandro Mamaeae filio essent constitutae, sub id tempus Chosrois progenies apud nos regnare coepit; Persarumque gubernatio, quae in hunc usque diem durat, tum temporis initium habuit. Siquidem Artaxares quidam nomine, vir Persa, inglorius quidem primum et obscurus, industrius tamen magnisque rebus gerendis par, aptusque ad quae bene constituta sunt movendum, coniuratorum manu collecta, Artabanum regem adortus obtruncat, et cidari capiti suo imposita, Parthicaque potentia subversa, Persis denuo pristinum imperium recuperavit. Erat autem is magicae disciplinae addictus et arcanis sacris operabatur; unde et magica gens ex eo tempore validior arrogantiorque est facta; quae quidem etiam antea erat, et ab antiquo hanc appellationem retinet, nondum tamen eo honoris et licentiae erat evecta; sed aliqua etiam ex parte e magistratibus contemnebatur, quod quidem aperte liquet. Neque enim qui circa Darium erant Persae, cum olim Smerdis quidam magus post Cambysem Cyri filium regnum arripuisset, bonum factum illud duxerunt, et Smerdem obtruncarunt, multosque alios eiusdem cum eo instituti ac

θιν ἀπέκτειναν, καὶ πολλοὺς τῶν ὅσοι ὁμογνώμονες ἐκείνῳ A. C. 554 ἐτύγχανον ὄντες, ὡς οὐκ ἐξὸν τοῖς μάγοις τῷ βασιλείῳ θώκῳ I. I. 28 ἐνωραΐζεσθαι καὶ ἰζάνειν. οὕτω δὲ αὐτοῖς οὐ μιαροὶ ἔδοξαν εἶναι οἱ φόνοι, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ μείζονος ἄξιοι μνήμης, B ὥστε ἀμέλει τὴν στάσιν ἐκείνην Μαγοφόνια ἑορτὴν ὀνομασθῆ- V. 47 ναι, καὶ θυσίας ἐπιτελεῖσθαι χαριστηρίους. νῦν δὲ τιμῶσιν αὐτοὺς ἅπαντες καὶ ὑπεράγανται, καὶ τά τε κοινὰ ταῖς τούτων βουλαῖς καὶ προαγορεύσεσι διατάττεται, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τῶν συμβαλλόντων, ἢ δίκην λαγχάνοντι, ἐφίστανται διασκοποῦντες τὰ ποιούμενα, καὶ ἐπικρίνοντες, καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν παρὰ Πέρσαις δόξειεν ἂν ἔννομόν τε εἶναι καὶ δίκαιον, ὅγε μὴ ὑπὸ μάγου ἐμπεδωθείη.

ιζ. Λέγεται δὲ τὴν τοῦ Ἀρταξάρου μητέρα Παβέκῳ τινὶ ξυνῳκηκέναι, παντάπασι μὲν ἀσημοτάτῳ καὶ σκυτοτόμῳ τὴν τέχνην, τῆς δὲ τῶν ἀστέρων πορείας δαημονεστάτῳ, καὶ οἵῳ C ῥᾳδίως τὰ ἐσόμενα διασκοπεῖσθαι· ἄνδρα δὲ στρατιώτην Σάσανον ὄνομα, διὰ τῆς Καδουσαίων, οὕτω ξυνενεχθὲν, πορευόμενον χώρας, ἐπιξενωθῆναί τε τῷ Παβέκῳ, καὶ ἐς τὸ ἐκείνου δωμάτιον καταχθῆναι· τὸν δὲ ὁτῳδηοῦν τρόπῳ, ἅτε, οἶμαι, μάντιν, ἐπιγνόντα ὡς ἡ τοῦ ξένου γονὴ ἀρίστη τε ἔσται καὶ ἀρίδηλος, καὶ ἐπὶ μέγα εὐδαιμονίας χωρήσει, ἀλύειν μὲν καὶ

2. ἐξῆν R. βασιλεῖ Lugd. θώκῳ R., θάκῳ vulg. 8. προαγορεύσεσι R., Intpr. *praedictionibus*, προσαγοσεύσεσι vulg. 9. ἢ R., εἰς vulg.

sententiae; quod fas non esset magis regium solium affectare eique insidere; tantumque abfuit, ut piaculares illae caedes ipsis sint visae, ut potius etiam maiore memoria dignas iudicarint, utque seditionem illam festum vocarint *μαγοφόνια* dictum, hoc est magorum caedes, et sacrificia diis pro gratiarum actione instituerint. Nunc vero magi omnes in summo apud eos sunt honore ac veneratione, publicaque omnia eorum consiliis praedictionibusque administrantur, et unicuique privatim, quae ad dicam causamque suam pertinent, intentanti, praesunt magi, qui cognoscant quid agatur, et arbitrium suum interponant; neque quicquam omnino Persis videtur legitimum esse et aequum, quod non a mago confirmatum stabilitumque fuerit.

27. Fertur etiam Artaxari mater Pabeco cuidam nupsisse, ignobili plane homini, coriario scilicet sive sutori, peritissimo tamen cursus astrorum, quique facile futura prospiceret. Virum autem quendam militarem, nomine Sasanum, per Cadusaeorum regionem forte fortuna iter facientem, apud Pabecum hospitio exceptum et in illius domuncula divertisse; hunc vero quocunque tandem modo (crediderim certe ut vatem), cum praevidisset eum, qui ex hospite illo gigneretur, fore praeclarum maximeque illustrem et ad summum felicitatis fastigium evasurum; doluisse quidem et fortunam suam deplorasse, quod sibi

A. C. 554 I. I. 28 ὀλοφύρεσθαι, ὅτι δὴ αὐτῷ οὔτε θυγάτηρ ὑπῆν, οὔτε ἀδελφή, οὐμενοῦν οὐδὲ ἄλλο τι γύναιον ὡς ἐγγύτατα ξυνημμένον. τέλος D δὲ ξυγκατακλῖναί οἱ τὴν γαμετὴν καὶ τῆς εὐνῆς ἐπιχωρῆσαι, ὑπεριδόντα μάλα γενναίως τοῦ αἴσχους, καὶ τῆς παραυτίκα λώβης τε καὶ ἀτιμίας τὴν μέλλουσαν τύχην ἀνταλλαξάμενον. οὕτω τε φύντα τὸν Ἀρταξάρην, τραφῆναι μὲν ὑπὸ τῷ Παβέκῳ· ἐπεὶ δὲ νεανίας γενόμενος καρτερώτατα τὴν βασιλείαν κατέσχεν, ἔριν εὐθὺς καὶ νεῖκος ἐξαίσιον ἀναφανδὸν Σασάνῳ τε καὶ Παβέκῳ ἀναῤῥαγῆναι. ἑκάτερον γὰρ ἐθέλειν πρὸς αὑτοῦ τὸν παῖδα ἐπονομάζεσθαι. μόλις δὲ ἄμφω ξυμβῆναι, ἐφ' P. 66 ᾧ δῆτα υἱὸν μὲν αὐτὸν Παβέκου καλεῖσθαι, ἐκ σπέρματος δὲ ὅμως Σασάνου τεχθέντα. οὕτω μὲν τὸν Ἀρταξάρην γενεαλογοῦντες οἱ Πέρσαι, ἀληθῆ ταῦτά φασι καθεστάναι, ὡς καὶ ἐν ταῖς βασιλείοις διφθέραις ἀναγεγραμμένα. ἐγὼ δὲ ἁπάντων τῶν ἐφεξῆς ἀπογόνων, ὅσοι δὴ τὴν ἀρχὴν διεδέξαντο, τά τε ὀνόματα ὀλίγῳ ὕστερον φράσω, καὶ πρός γε ὁπόσον ἕκαστος ἐκράτησεν χρόνον· καίτοι ἅπασι τοῖς μέχρι νῦν χρονογράφοις παρεῖται, καὶ οὐ περιπλείστου γεγένηται τὰ τοιαῦτα διερευνήσασθαι. ἀλλὰ τοὺς μὲν Ῥωμαίων βασιλεῖς ἀπὸ Ῥωμύλου τυχόν, καὶ ἔτι πρότερον ἀπὸ Αἰνείου τοῦ Ἀγχίσου ἀρχόμενοι, μέχρις Ἀναστασίου τε καὶ Ἰουστίνου τοῦ πρεσβυτέρου ἀπαρι- B θμοῦνται· τοὺς δὲ παρὰ Πέρσαις (φημὶ δὲ τούτους ἐκείνους, ὁπόσοι δὴ μετὰ τὴν Παρθυαίων κατάλυσιν ἔτυχον βεβασιλευ-

16. ἕκαστος ἐκρ. R., ἐκρ. ἕκ. vulg. 21. πρεσβυτέρου R., πρεσβύτου vulg.

nec filia esset, neque soror; neque ulla alia mulier arcta affinitate coniuncta, tandem vero se toro suo cessisse, hospitemque uxori suae adiunxisse, abiecto strenue pudore; quippe qui dedecus ac ignominiam, quae sibi inde imminebat, cum bona quam exspectabat fortuna esset commutaturus; atque ita natum Artaxarem, educatum quidem a Pabeco; cum vero iam adultiore aetate fortissime regnum obtineret, contentionem statim immanemque rixam aperte inter Sasanum et Pabecum exarsisse; utrumque enim voluisse filium ex se appellari; atque aegre tandem inter eos convenisse, ut filius quidem Pabeci vocaretur, e semine tamen Sasani genitus. Hoc modo Artaxaris genus repetentes Persae, vera haec esse affirmant, ut in regiis membranis conscripta. Ego vero omnium deinceps posterorum, quotquot ei successerunt, paulo post et nomina recensebo, et quamdiu quisque regnaverit: quod quidem ab omnibus, qui in hunc usque diem annales scripserunt, est praetermissum, neque magnae curae eis fuit huiuscemodi res pervestigare; sed Romanorum quidem reges a Romulo fortassis, aut altius adhuc ab Aenea Anchisae filio orsi, ad Anastasium et Iustinum seniorem usque enumerant: Persarum vero reges (eos inquam, qui post Parthorum expulsionem regnarunt,) non item apponentes, tempora non recte distinxerunt;

κότες,) οὐκ ἔτι ὁμοίως ἀντιτιθέντες τοὺς χρόνους διευκρινήσαντο, A. C. 554 δέον οὕτω ποιεῖν. ἐμοὶ δὲ τὸ ἀκριβὲς καὶ τούτων πέρι I. I. 28 ἀναλέλεκται ἐκ τῶν παρὰ σφίσιν ἐγγεγραμμένων, καὶ οἶμαι τῇ παρούσῃ ξυγγραφῇ μάλα προσήκειν ἁπάντων ἐπιμνησθῆναι· καὶ τοίνυν προϊὼν ἐπιμνήσομαι, ἡνίκα ἂν δεῖν οἰηθείην, εἰ καὶ ὀνομάτων πολλῶν καὶ τούτων βαρβαρικῶν οὕτω δή τι ψιλῶς καταλόγους ποιεῖσθαι δεήσει, καὶ ταῦτα ἐνίων οὐδενότι ἀξιαφήγητον εἰργασμένων· τοσοῦτον δὲ μόνον πρὸς τὸ παρὸν εἴποιμι ἂν τοῦ σαφοῦς γε ἕκατι καὶ ἐς πλεῖστα χρησίμου, ὡς C ἐννέα τε καὶ δέκα καὶ πρός γε τριακόσιοι ἐνιαυτοὶ τελευτῶσιν ἐς τὸ πέμπτον τε καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς Χοσρόου τούτου βασιλείας. καθ' ὃν δὴ χρόνον οἵ τε ἐν τῇ Κολχίδι χώρᾳ πόλεμοι διεφέροντο, καὶ τὸν Μερμερόην ἀποβιῶναι ξυνηνέχθη. διήνυστο δὲ ἄρα ἐν τῷ τότε, Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ὀκτώ τε καὶ εἴκοσιν ἔτη Ῥωμαίων κρατοῦντι.

7. ἀξιαφήγηται R. 8. τοσοῦτον R., τοσοῦτο vulg. 10. ἐννέα τε καὶ δέκα R., ἐννεακαίδεκα vulg. — *Pagius* Crit. in Baron. Annales T. II. p. 602. h. l. annum ab instituto regno Persico cum Iustiniani et Chosrois annis non convenire bene intellexit. Sed idem quum Mermerois mortem anno p. Chr. n. 552. assignet, quippe quo anno Procopii Persicarum rerum historia desinat, omnes numeros in loco nostro corruptos esse censet, et 327. pro 319., 22. pro 25. et 26. pro 28. rescribi iubet. Verum ipse Agathias p. 55. B. Persica bella, mox enarranda, *κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους* cum superioribus h. e. cum ingenti terrae motu evenisse profitetur; hunc autem anno Chr. 554. accidisse quum tota temporum ratio evincit, tum ipse Pagius Baronium corrigens p. 615. ostendit. Et hic quidem annus idem ille est, quem Agathias h. l. a Chosrois initio regni proficiscens *vicesimum quintum*, a Iustiniani *vicesimum octavum* esse dicit. Nihil igitur in his mutandum, sed aperte huic anno etiam annus regni Persici accommodandus est, quod facillime fiet, si pro *ἐννέα τε καὶ δέκα* restituimus: *ἐννέα τε καὶ εἴκοσι*; nisi forte in hunc errorem ipse Agathias male ducendis rationibus inciderit (adnot. Clas.). 13. *τὸν Μερμ.* R., *τ. μὲν Μερμ.* vulg.

cum alioquin ita facere oportuisset. Ego vero accurate, quae de his etiam ab ipsis conscripta sunt, recollegi; et praesenti historiae magnopere conducere arbitror omnium meminisse. In progressu itaque, ubi opus fore iudicavero, id faciam; tametsi multa nomina et quidem barbara leviter tantum recensere oportebit; et quidem nonnullorum, qui nihil memoratu dignum gesserunt. Hoc tantum in praesentia lucis utilitatisque ad plurima causa dicam, undeviginti supra trecentos annos terminari atque desinere in vigesimum quintum annum imperii huius Chosrois; quo ipso tempore et bella in Colchica ditione vigebant, et Mermeroem mortem obire contigit. Iustinianus vero imperator tum temporis vigesimum octavum annum, ex quo Romanis imperarat, peregerat.

A. C. 554 κη΄. Ἀλλὰ γὰρ βραχέα ἄττα περὶ Χοσρόου διεξελθὼν,
I. I. 28 αὐτίκα ἔγωγε ἀνὰ τὰ πρότερα καὶ δὴ ἐπανήξω. ὑμνοῦσι γὰρ
αὐτὸν καὶ ἄγανται πέρα τῆς ἀξίας, μὴ ὅτι οἱ Πέρσαι, ἀλλὰ
D καὶ ἔνιοι τῶν Ῥωμαίων, ὡς λόγων ἐραστὴν, καὶ φιλοσοφίας
V. 48 τῆς παρ' ἡμῖν ἐς ἄκρον ἐλθόντα, μεταβεβλημένων αὐτῷ ὑπό του
ἐς τὴν Περσίδα φωνὴν τῶν Ἑλληνικῶν ξυγγραμμάτων. καὶ τοί-
νυν φασὶν, ὅτι δὴ ὅλον τὸν Σταγειρίτην καταπιὼν εἴη μᾶλλον
ἢ ὁ ῥήτωρ ὁ Παιανιεὺς τὸν Ὀλόρου, τῶν τε Πλάτωνος τοῦ
Ἀρίστωνος ἀναπέπλησται δογμάτων, καὶ οὔτε ὁ Τίμαιος αὐ-
τὸν ἀποδράσειεν ἂν, εἰ καὶ σφόδρα γραμμικῇ θεωρίᾳ πεποί-
κιλται, καὶ τὰς τῆς φύσεως ἀνιχνεύει κινήσεις, οὔτε ὁ Φαί-
δων, οὔτε ὁ Γοργίας, οὐμενοῦν οὐδὲ ἄλλος τις τῶν γλαφυρῶν
τε καὶ ἀγκυλωτέρων διαλόγων, ὁποῖος, οἶμαι, ὁ Παρμενίδης.
ἐγὼ δὲ οὕτως αὐτὸν ἄριστα ἔχειν παιδείας, καὶ ταῦτα τῆς
ἀκροτάτης, οὐκ ἄν ποτε οἰηθείην. πῶς μὲν γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ
ἀκραιφνὲς ἐκεῖνο τῶν παλαιῶν ὀνομάτων καὶ ἐλευθέριον, καὶ
P. 67 πρός γε τῇ τῶν πραγμάτων φύσει πρόσφορόν τε καὶ ἐπικαιρό-
τατον, ἀγρίᾳ τινὶ γλώττῃ καὶ ἀμουσοτάτῃ ἀποσωθῆναι; πῶς
δὲ ἂν ἀνὴρ βασιλείῳ τύφῳ ἐκ παίδων καὶ κολακείᾳ πολλῇ γε-
γανωμένος, δίαιτάν τε λαχὼν ἐς ὅ, τι βαρβαρικωτάτην καὶ πρὸς

1. διελθὼν R. 8. ὁ ante Παιανιεὺς om. Suid. s. v. Χοσρόης. τὸν Ὀ. R. et Suid., τῶν Ὀ. vulg. 10. γραμματικῇ R. 13. τε add. ex R. οἶμαι om. Suid. 15. μὲν om. idem. 16. καὶ ante ἐλευθ. om. idem. 18. ἀμουσοτάτῃ R., ἀμουσοτάτῳ vulg., ἀμουσότητι Suid. 19. ἂν delet Suid. γεγαννυμένος Suid. l. l. et s. h. ipsa voce. 20. βαρυτάτην Suid.

28. Ceterum ubi paucula quaedam de Chosroe commemoravero, statim ad priora redibo. Depraedicant enim illum atque admirantur supra ipsius meritum non tantum Persae, sed et nonnulli Romanorum, veluti litterarum amatorem, quique ad philosophiae nostrae culmen evaserit, cum ei Graecanica scripta ab interprete quopiam in Persicam linguam essent conversa. Aiunt itaque, quod totum Aristotelem melius ebiberit, quam Demosthenes Thucydidem, quodque Platonicis dogmatibus totus refertus fuerit, adeo ut ne Timaeus quidem eius intelligentiam subterfugerit, tametsi lineari speculatione valde sit argutus et naturae motus investiget; sed neque Phaedo, neque Gorgias, neque alius quisquam ex elegantioribus et difficilioribus ipsius dialogis, qualis, arbitror, est Parmenides. Ego vero eum doctrina praeditum fuisse et quidem summa, nequaquam crediderim. Qui enim fieri poterat, ut puritas illa veterum nominum et nativa gratia, et praeterea rerum ipsarum naturae congruens valdeque accommodata, in agresti quadam et ineptissima lingua conservaretur? Quo vero etiam pacto vir regio fastu a puero multaque assentatione delibutus, et barbarum inprimis vitae genus sectatus et bella semper proeliaque spirans, quo pacto, inquam, qui ita vitam instituit, videatur ali-

A. C. 554 L. I. 28

πολέμους ἀεὶ καὶ παρατάξεις δρῶσαν, πῶς δὴ οὖν ὧδε βιοὺς, ἤμελλε μέγα τι καὶ λόγου ἄξιον ἐν τοῖσδε ἀπόνασθαι τοῖς διδάγμασι καὶ ἐνασκηθῆναι; εἰ μὲν οὖν ἐπαινοίη τις αὐτὸν, ὅτι δὴ βασιλεύς γε ὢν καὶ Πέρσης, ἐθνῶν τε τοσούτων καὶ πράξεων μέλον αὐτῷ, ὁ δὲ ἐφίετο γοῦν ὅμως ἀμηγέπη ἀπογεύεσθαι λόγων, καὶ τῇ περὶ ταῦτα γάννυσθαι δόξῃ, ξυνεπαινέσαιμι ἂν καὶ ἔγωγε τὸν ἄνδρα, καὶ μείζονα θείην τῶν ἄλλων βαρβάρων. ὅσοι δὲ λίαν αὐτὸν σοφὸν ἀποκαλοῦσι, καὶ μονονουχὶ τοὺς ὅπη ποτὲ πεφιλοσοφηκότας ὑπερβαλλόμενον, ὡς καὶ ἁπάσης τέχνης τε καὶ ἐπιστήμης τὰς ἀρχὰς καὶ αἰτίας διαγιγνώσκειν, ὁποῖον τὸν ἄγαν πεπαιδευμένον οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου ὁρίζονται· οἱ δὴ οὖν ταῦτα οἰόμενοι ἐκείνῃ ἂν μάλιστα φωραθεῖεν οὐ τῶν ἀληθῶν ἐστοχασμένοι, μόνῃ δὲ τῇ τῶν πολλῶν ἑπόμενοι φήμῃ. B

κθ'. Ἀνὴρ γάρ τις Σύρος τὸ γένος, Οὐράνιος ὄνομα, κατὰ τὴν βασιλέως πόλιν ἠλᾶτο, τέχνην μὲν ἐπαγγελλόμενος τὴν ἰατρικὴν μετιέναι, τῶν δὲ Ἀριστοτέλους δογμάτων οὐδὲν μὲν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐγίγνωσκεν, ἐκομψεύετο δὲ ὡς πλεῖστα εἰδέναι, βρενθυόμενος τῷ δύσερις εἶναι παρὰ τοὺς ξυλλόγους. C πολλάκις γὰρ ἰὼν πρὸ τῆς βασιλείου στοᾶς, καὶ ἐν τοῖς τῶν

2. ἔμελλε Suid. 2. ἀπόνασθαι R. et Suid., ἀπώνασθαι vulg. 4. τε om. Suid. 8. αὐτὸν σοφὸν R. et Suid., σοφ. αὐτ. vulg. 9. ὅπη ποτὲ R., ὅποι ποτὲ vulg. ὑπερβαλλόμενον R. et Suid., ὑπερβαλόμενον vulg. καὶ ins. ex R. et Suid. 10. διαγιγνώσκειν R., διαγινώσκειν vulg. 11. ὁποῖον — οἰόμενοι om. Suid. 12. ἐκείνῃ R., ἐκεῖνοι vulg. 15. Οὐράνιος ὄνομα, Σύρος τὸ γένος Suid. s. v. Οὐράνιος. 16. μὲν om. Suid. 17. δὲ om. idem. 19. παρὰ R. et Suid., περὶ vulg.

quid magni ac memorabilis fructus ex hisce disciplinis reportare et in iis exercitatus esse posse? Quod si quis itaque cum idcirco laudaverit, quod rex cum esset et Persa, tantarumque gentium pariter ac rerum cura ei incumberet, nihilominus tamen etiam studia litterarum degustare voluerit et hac gloria se oblectarit: collaudaverim profecto hominem etiam ego, aliisque barbaris praetulerim. Quotquot vero eum eximie doctum vocant et tantum non omnibus, quotquot uspiam philosophiae cultores exstiterunt, antecellentem, perinde ac si omnium artium ac scientiarum principia et causas pernovisset, qualem illum eximie doctum Peripatetici statuunt; qui, inquam, ita sentiunt, quam longissime a vero aberrare deprehendi possint, solam multitudinis famam sequentes.

29. Vir enim quidam, natione Syrus, Uranius nomine, Byzantii oberrabat, artem quidem profitens medicam, ex Aristotelis vero dogmatibus nullum perfecte norat, inani tamen variae doctrinae opinione turgebat, quod contentiosus esset in congressibus. Frequenter

A. C. 554 I. 1. 28 βιβλίων ἥμενος πωλητηρίοις, διεπληκτίζετο καὶ ἐμεγαληγόρει
πρὸς τοὺς αὐτόθι ἀγειρομένους, καὶ ταῦτα δὴ τὰ εἰθισμένα ῥη-
μάτια τοῦ κρείττονος πέρι ἀνακυκλοῦντας, ὁποῖον δή τι αὐτοῖς
ἥ τε φύσις ἐστὶ καὶ ἡ οὐσία, καὶ τὸ παθητὸν καὶ τὸ ἀξύγχυτον
καὶ ἄλλα τοιάδε. τούτων μὲν οὖν οἱ πλεῖστοι οὐδὲ ἐς γραμμα-
τιστοῦ, οἶμαι, φοιτήσαντες, οὐδὲ μὴν βίῳ ἀρίστῳ ἐκδεδιῃτημένοι,
ἔπειτα ῥᾴδιόν τι ἡγοῦνται καὶ προχειρότατον, ὑπερβάθμιον,
D τὸ λεγόμενον, πόδα τείνειν, καὶ θεολογίας ἐφάπτεσθαι, πρά-
γματος οὕτω μακαρίου τε καὶ ἀνεφίκτου, καὶ μείζονος ἢ κατ'
ἀνθρώπους, καὶ μόνῳ τῷ ἀγνοεῖσθαι θαυμαζομένου. τοιγάρ-
τοι τὰ πολλὰ περὶ δείλην ὀψίαν ἀπὸ κραιπάλης, ὡς τὸ εἰκὸς,
καὶ ἀκολασίας ξυναλιζόμενοι, οὕτω δὴ ἐκ τοῦ παρείκοντος
ἐκείνων τῶν ὑπερτέρων ἀπάρχονται λόγων καὶ ζητήσεως θε-
σπεσίας, ἀεί τε περὶ ταὐτὰ στενολεσχοῦντες, οὔτε πείθονται
ὑπὸ σφῶν, οὔτε ἄλλως μεταμανθάνουσι τὰ προεγνωσμένα, ὁποῖα
ἄττα καὶ τύχοιεν ὄντα. ἔχονται δὲ διαπαντὸς τῶν αὐτῶν οἱ
αὐτοὶ, καὶ τελευτῶντες τῆς φιλονεικίας χαλεπαίνουσι κατ'
P. 68 ἀλλήλων, καὶ ἀναφανδὸν διαλοιδοροῦνται, φωνὰς ἀσχήμονας
ἀφιέντες, ὥσπερ ἐν κύβοις διαμαχόμενοι. οὕτω τε λύεται

3. ἀνακυκλῶν Suid., Intpr. ἀνακαλοῦντας legisse videtur, nam vertit: *his, qui se circumsisterent, postulantibus.* αὐτῷ Par., Intpr. *qualis nam illi natura.* 4. τὸ aute ἀξύγχυτον inser. ex R. et Suid. 5. καὶ ἄλλα τοιάδε om. Suid. Pro τούτων μὲν οὖν idem ὧν. γραμματιστοῦ R. Lugd. Suid., γραμματικοῦ edd. 6. οὐ μὴν Suid. ἐκδεδιῃτημένον R. 9. ἢ om. R. 14. ταῦτα R.

enim ad palatii porticus ventitans, et in librariis tabernis sedens, contendebat verbisque ampullaribus agebat cum iis, qui eo commeare solent, et consueta haecce de Deo vocabula iactare, qualia nimirum sunt natura atque essentia, et passibilitas, ut ita dicam, atque inpermixtibilitas: quorum plerique ne Grammatistarum quidem scholas frequentarant, sed nec satis frugi homines erant: facile interea aliquid atque expeditum esse existimant transsultorio, quod est in proverbio, pede ferri, et de Deo disserere, adeo beata et incomprehensibili re, humanumque intellectum exsuperante, eoque solo, quod ignoretur, admiranda. Quocirca frequenter vespertinis temporibus, cum ex crapula, ut verisimile est, et luxu reversi sua habent conciliabula, prout cuique libitum fuerit, irreverenter de sublimibus hisce rebus divinisque quaestionibus sermones miscent; et semper de iisdem argutantes, nec ipsi aliis quicquam persuadent, neque de concepta semel opinione, qualiscunque tandem ea sit, discedunt, sed eadem semper mordicus retinent et tuentur; finitaque altercatione infensis inter se animis discedunt, et apertis conviciis sese mutuo lacessunt, turpes voces emittentes, instar aleatorum rixantium. Atque ita solvitur ipsis certamen, aegreque discedunt,

αὐτοῖς ὁ ἀγών, καὶ μόλις ἀπαλλάττονται, ὀνήσαντες μὲν οὐδ' A. C. 554
ὁπωστιοῦν ἢ ὀνηθέντες, ἔχθιστοι δὲ ἀντὶ φίλων γεγενημένοι. I. I. 28
ἐν τούτοις δὲ τὰ πρῶτα λαχὼν ὁ Οὐράνιος, ὥσπερ ὁ παρ'
Ὁμήρῳ Θερσίτης, ἐκολῴα καὶ μακρηγορῶν οὐκ ἀνίει. καίτοι V. 49
οὐδὲν αὐτῷ περὶ θεοῦ βεβαίως ἐδόκει, οὐδὲ ἠπίστατο ὅπως
χρὴ ἐν τούτοις ἀντιφέρεσθαι τὰ εἰκότα· ὅμως νῦν μὲν τῇ
πρώτῃ θέσει τῶν πεύσεων ἐναντιούμενος, νῦν δὲ πρὶν ἀποκρί-
νεσθαι ἀντερωτῶν τὰς αἰτίας τῶν προβλημάτων, οὐ ξυνεχώρει
ἐν κόσμῳ ἰέναι τὸν λόγον, ἀλλὰ διετάραττεν τὸ σαφές, καὶ
τὴν εὕρεσιν ἀνεσόβει. ἠβούλετο μὲν γὰρ τὴν ἐφεκτικὴν καλου- B
μένην ζηλοῦν ἐμπειρίαν, κατά τε Πύῤῥωνα καὶ Σέξτον τὰς
ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι, καὶ τέλος ἔχειν τὴν ἀταραξίαν τῷ μηδὲν
ὁτιοῦν οἴεσθαι ληπτὸν καθεστάναι· πλὴν ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα
ἀποχρώντως ἐμεμαθήκει ἢ ὅσον ἀπομάξασθαι σποράδην καὶ
ἐλάχιστόν τι θηρᾶσαι, καὶ τοὺς οὐδαμῶς παιδείας μετειληχότας
ἐξαπατᾷν δύνασθαι καὶ παράγειν. ὢν δὲ ἄρα ἐν λόγοις ἀμα-
θής, ἀλλὰ ἀμαθέστερός γε ὑπῆρχεν τὸν βίον. ἐς γὰρ τὰ δώ-
ματα τῶν εὐδαιμόνων ἰών, καὶ σιτούμενος ἀφειδῶς τὰ ποικι-
λώτερα τῶν ἐδωδίμων, θαμά τε ὁμιλῶν τῇ θηρικλείῳ, καὶ
λόγοις χρώμενος ὑπὸ μέθης αἰσχροῖς τε ἄγαν καὶ ἀκολά- C
στοις, γέλωτα ὤφλισκανεν πλεῖστον, ὡς καὶ παίεσθαι τυχὸν

4. μακρηγορῶν et ἀνίει R., μακρηγοροῦν et ἀνήει vulg. 7. ἀποκρίνεσθαι R., ἀποκρίνασθαι vulg. 11. Σέξστον R. 12. τοῖς μηδὲν R. 13. λοιπὸν R. 16. ἄρα R., ἄρ' vulg. 18. ποικιλότερα R.

nullo cum fructu dato vel accepto; acerrimi vero hostes ex amicis facti. Inter hos primas obtinens iste Uranius, perinde atque Homericus ille Thersites, tumultuabatur et verborum nullum faciebat finem; nihil vero solidi de Deo sentiebat, neque sciebat, quomodo oporteret probabilia opponere; nihilominus tamen modo primae thesi interrogationum contradicens, modo vero priusquam responderet, contra interrogans causas quaestionum, non sinebat disceptationem ordine procedere; sed aperta confundens, efficiebat ut rei quaesitae veritas emicare invenirique non posset. Volebat enim ephecticem vocatam disciplinam (qua iudicium de quavis re proposita suspenditur) imitari, et iuxta Pyrrhonem et Sextum Empiricum responsiones facere; finemque consequi vacuitatem perturbationis in animo, existimando nimirum nihil esse, quod percipi intellectuve comprehendi posset. At ne haec quidem perdidicerat, sed tantum degustarat, et exiguam quandam cognitionem consecutus erat, qua eos qui hanc disciplinam nunquam attigerant, fallere ac circumvenire posset. In litteris vero rudis cum esset, in usu vitae multo erat rudior atque inscitior. Lautiorum enim domos frequentans, variisque cibis se ingurgitans, et Thericleum poculum frequenter ori admovens, verbisque utens prae temulentia valde turpibus atque obscoenis, ludibrio habitus est maximo, adeo ut

A. C. 554 ἐπὶ κόῤῥης, καὶ τοῖς ἐκπώμασιν ὥσπερ τινὶ ἑωλοκρασίᾳ τὸ
I. I. 28 πρόσωπον καταῤῥαίνεσθαι, καὶ εἶναι κοινὸν ἄθυρμα τῶν δαιτυμόνων, οὐ μεῖον ἢ οἱ γελωτοποιοὶ καὶ μιμολόγοι. ἀλλὰ γὰρ τοιόσδε ὢν ὁ Οὐράνιος, ἧκέν ποτε παρὰ τοὺς Πέρσας ὑπὸ Ἀρεοβίνδου τοῦ πρεσβευτοῦ ἀπηγμένος. ἅτε δὴ ἀπατεὼν καὶ κόθορνος, καὶ οἷος τὴν οὐκ οὖσαν ἑαυτῷ περιποιεῖν εὐκοσμίαν, αὐτίκα ὅγε στολὴν μὲν ἠμπίσχετο σεμνοτάτην, ὁποίαν παρ' ἡμῖν οἱ τῶν λόγων καθηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι ἀμφιέννυνται, οὕτω δὲ, σοβαρῷ δῆθεν καὶ ἐμβριθεῖ τῷ προσώ-
D πῳ, ἐσεφοίτα ὡς τὸν Χοσρόην. ὁ δὲ τῷ παραδόξῳ θεάματι καταπεπληγμένος, καὶ ἱερόν τι εἶναι εἰκάζων τὸ χρῆμα, καὶ φιλόσοφον αὐτὸν ὡς ἀληθῶς ὑποτοπήσας, (οὕτω γὰρ αὐτοῦ καὶ ὠνομάζετο,) ἄσμενός τε εἶδεν καὶ φιλοφρόνως ἐδεξιοῦτο. καὶ εἶτα ξυγκαλεσάμενος τοὺς μάγους, ἐς λόγους αὐτῷ καθίστατο γενέσεώς τε καὶ φύσεως πέρι, καὶ εἰ τόδε τὸ πᾶν ἀτελεύτητον ἔσται, καὶ πότερον μίαν τὴν ἁπάντων ἀρχὴν νομιστέον.

λ'. Τότε δὴ οὖν ὁ Οὐράνιος καίριον μὲν οὐδὲν ὁτιοῦν
P. 69 ἔλεγεν, οὐδέ γε τὴν ἀρχὴν διενοεῖτο· μόνῳ δὲ τῷ θρασύς τε εἶναι καὶ στωμυλώτατος, καθάπου φησὶν ὁ ἐν Γοργίᾳ Σωκράτης „οὐκ εἰδὼς ἐν οὐκ εἰδόσιν" ἐνίκα. οὕτω τε εἷλεν τὸν βασιλέα ὁ βώμαξ ἐκεῖνος καὶ ἔμπληκτος, ὡς χρημάτων τέ οἱ δω-

5. Ἀρεοβίνδου R. Suid. s. v. Οὐράνιος et Intpr., Ἀρεβίνδου vulg. ἀπηγμένος Suid., Intpr. *ductus*, ἀφιγμένος R. et vulg. 7. μὲν om. R. ἠμπίσχετο R., ἀμπίσχεται vulg. 8. ἀρ' ἡμῖν R. ἀμφιέννυται edd. 10. ὡς om. R. 12. αὐτός που coni. Bon. Vulc. pro αὐτοῦ. 19. στωμυλότατος R.

et colaphis caederetur interdum, et cyathis veluti pridianorum poculorum reliquiis facies ei perfunderetur, et omnibus esset convivatoribus deridiculus, non minus quam moriones, histriones et scurrae. Ac talis quidem cum esset Uranius, ad Persas venit, ab Areobindo quodam legato adductus. Ut impostor et cothurni instar versatilis, quique fictitiam morum concinnitatem prae se ferre norat, honestissimam sibi vestem induit, quali apud nos litterarum professores doctoresque utuntur; et sic, tetrico ac gravi vultu, ad Chosroen ingressus est, qui novitate spectaculi perculsus, et aliquid divinae rei esse imaginatus, et philosophum revera ipsum esse ratus (nam et ita ibi vocitabatur) libens eum benigneque excepit. Convocatis autem magis, sermones cum eo miscuit de generatione et natura, et an hoc universum finis expers futurum esset, et an unum rerum omnium principium sit statuendum.

30. Tum itaque Uranius nihil quidem opportunum dicebat, neque prorsus intelligebat, sola vero praefidentia et inani linguae volubilitate, quemadmodum in Gorgia ait Socrates, nihil sciens inter nihil scientes, vincebat. Ita vero scurra ille stolidus regem cepit, ut et ingenti pecuniae summa cum donarit, et ad communem secum

ρήσασθαι πλῆθος, καὶ κοινῆς μεταδοῦναι τραπέζης, καὶ ἀπάρ- A. C. 554
ξασθαι φιλοτησίας, οὔπω τοῦτο ἐπ' ἄλλῳ τῳ γεγενημένον, I. I. 28
ἐπόμνυσθαί τε πολλάκις ἦ μὴν οὐπώποτε τοιόνδε ἄνδρα ἑωρα-
κέναι. καίτοι πρότερον ἀρίστους ὡς ἀληθῶς ἐτεθέατο φιλοσό-
φους, ἐνθένδε ὡς αὐτὸν ἀφικομένους. οὐ πολλῷ γὰρ ἔμπρο-
σθεν Δαμάσκιος ὁ Σύρος καὶ Σιμπλίκιος ὁ Κίλιξ, Εὐλάμιός τε
ὁ Φρὺξ, καὶ Πρισκιανὸς ὁ Λυδὸς, Ἑρμείας τε καὶ Διογένης B
οἱ ἐκ Φοινίκης, καὶ Ἰσίδωρος ὁ Γαζαῖος, οὗτοι δὴ οὖν ἅπαν-
τες τὸ ἄκρον ἄωτον, κατὰ τὴν ποίησιν, τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς
χρόνῳ φιλοσοφησάντων, ἐπειδὴ αὐτοὺς ἡ παρὰ Ῥωμαίοις κρα-
τοῦσα ἐπὶ τῷ κρείττονι δόξα οὐκ ἤρεσκεν, ᾤοντό τε τὴν Περ-
σικὴν πολιτείαν πολλῷ εἶναι ἀμείνονα· τούτοις δὴ τοῖς ὑπὸ
τῶν πολλῶν περιᾳδομένοις ἀναπεπεισμένοι, ὡς εἴη παρ' ἐκεί-
νοις δικαιότατον μὲν τὸ ἄρχον, καὶ ὁποῖον εἶναι ὁ Πλάτωνος
βούλεται λόγος, φιλοσοφίας τε καὶ βασιλείας ἐς ταὐτὸ ξυνελ-
θούσης, σῶφρον δὲ ἐς τὰ μάλιστα καὶ κόσμιον τὸ κατήκοον, C
καὶ οὔτε φῶρες χρημάτων, οὔτε ἅρπαγες ἀναφύονται, ἀτὰρ
οὐδὲ τὴν ἄλλην μετιόντες ἀδικίαν, ἀλλ' εἰ καί τι τῶν τιμίων
κτημάτων ἐν ὁτῳδηοῦν χώρῳ ἐρημοτάτῳ καταλειφθείη, ἀφαι-
ρεῖται ὅστις οὐδεὶς τῶν ἐντυγχανόντων, μένει δὲ οὕτως, εἰ καὶ V. 50
ἀφύλακτον ᾖ, σωζόμενον τῷ λελοιπότι ἔστ' ἂν ἐπανήκοι· τούτοις
δὴ οὖν ὡς ἀληθέσιν ἀρθέντες, καὶ πρός γε ἀπειρημένον αὐτοῖς
ἐκ τῶν νόμων ἀδεῶς ἐνταῦθα ἐμπολιτεύεσθαι, ὡς τῷ καθε-

3. μὴν R. Lugd. (Cl.), μὲν edd. 6. *Eulamium* omnes vocant. 10. αὐτοῖς R. 20. οὕτως R., οὕτω vulg. 22. οὖν om. R.

mensam admitteret, et patera praelibata ei propinaret, quod nulli antea alteri factitarat; frequenter etiam iuraret se nunquam talem virum vidisse, tametsi antea praestantissimos revera philosophos vidisset, qui hinc ad eum se contulissent. Paulo enim ante Damascius Syrus, et Simplicius Cilix, et Eulamius Phryx, et Priscianus Lydius, Hermiasque et Diogenes Phoenices, et Isidorus Gazaeus, hi inquam omnes, flos ipse atque apex, ut poetice loquar, nostri aevi philosophorum, cum ipsis opinio de Deo, quae apud Romanos vigebat, non satis probaretur, existimabant Persicam disciplinam longe esse praestantiorem, hisce videlicet rebus, quae a multis celebrantur, persuasi: quod apud illos principatus sit iustissimus, et qualem Plato describit, philosophia et regno in unum conspirante; probi vero inprimis et modesti subditi; et neque fures ibi nascuntur, neque praedones, sed nec alias iniustitiae species perpetrantes; adeo ut si quis aliquid ex rebus suis pretiosis loco quantumvis deserto reliquerit, nemo qui in id inciderit, sit sublaturus, manet vero ita, etiamsi incustoditum sit, integrum ei qui reliquit, donec redeat: his itaque rebus ut veris exciti, et praeterea cum ipsis interdictum esset legibus secure hic degere, quippe qui receptis moribus atque institutis sese non accom-

A. C. 554 στῶτι οὐχ ἑπομένοις, οἱ δὲ αὐτίκα ἀπιόντες, ᾤχοντο ἐς ἀλλο- l. I. 28 δαπὰ καὶ ἄμικτα ἤθη, ὡς ἐκεῖσε τολοιπὸν βιωσόμενοι. πρῶτον μὲν οὖν τοὺς ἐν τέλει ἀλαζόνας μάλα εὑρόντες καὶ πέρα D τοῦ δέοντος ἐξωγκωμένους, ἐβδελύττοντό γε αὐτοὺς καὶ ἐκάκιζον· ἔπειτα δὲ ἑώρων, ὡς τοιχωρύχοι τε πολλοὶ καὶ λωποδύται, οἱ μὲν ἡλίσκοντο, οἱ δὲ καὶ διελάνθανον, ἅπαν δὲ εἶδος ἀδικίας ἡμαρτάνετο. καὶ γὰρ οἱ δυνατοὶ τοὺς ἐλάττονας λυμαίνονται, ὠμότητί τε πολλῇ χρῶνται κατ' ἀλλήλων καὶ ἀπανθρωπίᾳ· καὶ τὸ δὴ πάντων παραλογώτερον· ἐξὸν γὰρ ἑκάστῳ μυρίας ὅσας ἄγεσθαι γαμετὰς, καὶ τοίνυν ἀγομένοις ἀλλὰ μοιχεῖαί γε ὅμως τολμῶνται. τούτων δὴ οὖν ἁπάντων ἕκατι οἱ φιλόσοφοι ἐδυσφόρουν καὶ σφᾶς αὐτοὺς ᾐτιῶντο τῆς μεταστάσεως.

λα'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ διαλεχθέντες ἐψεύσθησαν P. 70 τῆς ἐλπίδος, ἄνδρα εὑρόντες φιλοσοφεῖν μὲν φρυαττόμενον, οὐδὲν δὲ ὅ, τι καὶ ἐπαΐοντα τῶν αἰπυτέρων, ὅτι τε αὐτοῖς οὐδὲ τῆς δόξης ἐκοινώνει, ἕτερα δὲ ἄττα ἐνόμιζεν ὁποῖα ἤδη μοι εἴρηται, τήν τε τῶν μίξεων κακοδαιμονίαν οὐκ ἐνεγκόντες, ὡς τάχιστα ἐπανῄεσαν. καίτοι ἔστεργέ τε αὐτοὺς ἐκεῖνος καὶ μένειν ἠξίου, οἱ δὲ ἄμεινον εἶναι σφίσιν ἡγοῦντο, ἐπιβάντες μόνον

2. πρῶτα R. 4. ἐξωγκωμένους R. et Lugd., ἐξογκ. edd. αὐτοὺς R. (Cl.), αὐτὸν, superscripto ῶ, Lugd. et in mg. αὐτοὺς, αὐτὸν edd. 5. δὲ add. ex R. 6. ἅπαν δὲ R., ἅπαν τε Lugd., ἅπαντες edd. 7. λυμαίνονται R., ἐλυμαίνοντο vulg. 9. ἔξεστι R. 14. ψεύσθησαν R.

modarent, ad peregrinas nullaque morum similitudine coniunctas gentes sese contulerunt, tanquam ibi deinceps victuri. Primum itaque cum eos, qui in dignitate aliqua vel magistratu constituti erant, valde fastuosos animisque supra modum elatis esse comperissent, detestabantur eos atque improbabant; postea animadverterunt multos parietum perfossores et grassatores ac fures partim deprehendi, partim latere, omnemque iniustitiae speciem vigere. Potentiores enim opprimunt inferiores, multamque inter se crudelitatem atque inhumanitatem exercent; et, quod omnibus est absurdius, cum unicuique permissum sit tot ac velint uxores ducere, et iam duxerint, ab adulteriis tamen non abstinent. His itaque omnibus de causis philosophi summa animi aegritudine affecti se ipsi migrationis suae damnabant.

31. Postquam vero collatis cum ipso etiam rege sermonibus spe sua essent frustrati, hominemque comperissent philosophiae quidem studium iactantem, qui tamen nihil adhuc sublimiorum audierat, sed ne opinione quidem cum ipsis conveniebat, aliis vero nonnullis institutis assueverat, qualia modo recensui; illam quoque promiscui concubitus vaesaniam non ferentes, confestim inde se receperunt. Atqui

τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁρίων, αὐτίκα, οὕτω παρασχὸν, καὶ τεθνά- A.C. 554
ναι, ἢ μένοντες παρὰ Πέρσαις τῶν μεγίστων γερῶν μεταλαγ- I. I. 28
χάνειν. οὕτω τε ἅπαντες οἴκαδε ἀπενόστησαν, χαίρειν εἰπόντες τῇ τοῦ βαρβάρου φιλοξενίᾳ. ἀπώναντο δὲ ὅμως τῆς ἐκδημίας, οὐκ ἐν βραχεῖ τινι καὶ ἠμελημένῳ, ἀλλ' ὅθεν αὐτοῖς ὁ ἐφεξῆς βίος εἰς τὸ θυμῆρές τε καὶ ἥδιστον ἀπετελεύτησεν. ἐπειδὴ γὰρ B
κατ' ἐκεῖνο τοῦ χρόνου Ῥωμαῖοί τε καὶ Πέρσαι σπονδὰς ἔθεντο καὶ ξυνθήκας, μέρος ὑπῆρχε τῶν κατ' αὐτὰς ἀναγεγραμμένων, τὸ δεῖν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας εἰς τὰ σφέτερα ἤδη κατιόντας βιοτεύειν ἀδεῶς τολοιπὸν ἐφ' ἑαυτοῖς, οὐδὲν ὁτιοῦν πέρα τῶν δοκούντων φρονεῖν, ἢ μεταβάλλειν τὴν πατρῴαν δόξαν ἀναγκαζομένους. οὐ γὰρ ἀνῆκεν ὁ Χοσρόης μὴ οὐχὶ καὶ ἐπὶ τῷδε συστῆναι καὶ κρατεῖν τὴν ἐκεχειρίαν. λέγεται δὲ αὐτοῖς κατὰ τὴν ἀποπορείαν θαυμάσιόν τι ἡλίκον καὶ μνήμης ἄξιον ξυνενεχθῆναι. καταλύσαντες γὰρ ἐν ἀγρῷ τινι Περσικῷ, ἐθεά- C
σαντο σῶμα νεκρὸν ἀνθρώπου νεοθανοῦς, οὕτω πως ἄταφον ἐῤῥιμμένον. οἱ δὲ τὴν παρανομίαν τοῦ βαρβαρικοῦ νόμου κατελεήσαντες, καὶ οὐχ ὅσιον εἶναι ἡγούμενοι περιϊδεῖν τὸ μέρος ἀδικουμένην τὴν φύσιν, περιέστειλάν τε τὸ σῶμα ὡς οἷόν τε ἦν διὰ τῶν θεραπόντων, καὶ τῇ γῇ καταχώσαντες ἔθαψαν. ὡς δὲ ἐκάθευδον ἅπαντες ἐκείνης τῆς νυκτὸς, ἔδοξέ τις αὐτῶν,

12. ἐπὶ τῷδε R., ἐπὶ τῷ vulg. 19. Ante τὸ σῶμα R. ins. καὶ.

ille eos adamabat, utque manerent rogabat; ipsi vero magis ex re sua esse censebant, si vel immissis tantum in Romanorum fines pedibus, statim, si ita usu veniret, morerentur, quam si apud Persas manentes amplissimis honoribus praemiisque afficerentur. Atque ita omnes domum redierunt, barbari regis hospitalitate valere iussa. Fructum tamen ex ea peregrinatione retulerunt in re minime vulgari aut contemnenda; sed unde eis deinceps iucundissime per omnem vitam et ex animi sententia vivere licuit. Cum enim per id tempus Romani et Persae pacem ac foedus inter sese pepigissent, haec etiam in pactis conditio continebatur, quod viri illi ad suas sedes reversi citra ullum metum in posterum ibi degere possent, neque quicquam quam quod probarent sentire aut patriam opinionem mutare cogerentur. Neque enim permittere voluit Chosroes, quin hac etiam in parte pacta constarent rataque essent. Fertur vero in eorum reditu admirandum quid et memoratu dignum eis accidisse. Cum enim in agro quodam Persico conquiescerent, conspicati sunt cadaver hominis recenter mortui neglectim ita inhumatum abiectum. Tum illi barbaricae legis iniquitatem commiserati, et nequaquam aequum esse censentes, si negligerent naturam ex parte iniuria affectam, contexerunt ut potuerunt per ministros cadaver, terraque contumulantes sepelierunt. Nocte vero illa, dormientibus iam omnibus, visus est eorum, nescio

A. C. 554 οὐκ οἶδα δὲ ὅστις, (οὐ γὰρ ἔχω τοὔνομα φράσαι,) ἔδοξε γοῦν
L. I. 28 ὅμως ὁρᾶν κατ' ὄναρ ἄνδρα πρεσβύτην, γνώριμον μὲν οὐδαμῶς,
οὐδ' ὅσον εἰκάσαι, ἄλλως δὲ σεμνὸν καὶ αἰδοῖον, καὶ φιλοσο-
φίαν ἀσκοῦντι ἐμφερῆ τῷ τε σχήματι τῆς στολῆς καὶ τοῦ πώ-
D γωνος τῷ λίαν ἐκκρεμεῖ καὶ ἀφειμένῳ, ἐμβοᾶν τε αὐτῷ κα-
θάπερ ἐγκελευόμενον καὶ παραινοῦντα τόδε τὸ ἔπος·

> Μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον, ἔα κυσὶ κύρμα γενέσθαι.
> Γῆ πάντων μήτηρ μητροφθόρον οὐ δέχετ' ἄνδρα.

ἀφυπνισθεὶς δὲ ἀθρόον ὑπὸ τοῦ δέους, ἀπήγγειλε τοῖς ἄλλοις
τὸν ὄνειρον. οἱ δὲ τὸ μὲν παραυτίκα διηπόρουν, ἐς ὅ, τι ἄρα
καὶ ἀποβαίη. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ περίορθρον ἀναστάντες ἐβάδιζον
ἀνὰ τὰ πρόσω, παρέρποντες ἐκεῖνο τὸ χωρίον, οὕτω τῆς τῶν
P. 71 τόπων θέσεως ἀναγκαζούσης, οὗ δὴ αὐτοῖς τὰ ἐπὶ τῇ ταφῇ
ἐσχεδίαστο, εὑρίσκουσι τὸν νεκρὸν γυμνὸν αὖθις ὕπερθεν
κείμενον, ὡς δὴ τῆς γῆς αὐτὸν τρόπῳ τινὶ αὐτομάτῳ ἐς
τοὐμφανὲς ἀναβαλούσης, καὶ διαφυλάττειν ἄβρωτα μὴ ἀνα-
V. 51 σχομένης. καταπλαγέντες δὲ τῷ παραλόγῳ τῆς θέας, εἴχοντο
τῆς πορείας, μηδὲν ὁτιοῦν τολοιπὸν ἐπ' αὐτῷ δράσαντες τῶν
σφίσι νενομισμένων. ἀνελογίζοντο γὰρ τὸν ὄνειρον, καὶ ὡμο-

1. δὲ om. R. 2. κατ' ὄναρ add. ex R., vulg. et Intpr. om. 3. ὅσον R., ὡς vulg., ὅς Lugd. 4. ἀσκοῦντι R. (Cl.), ἀσκοῦντα vulg. 6. ἐγκελευόμενον καὶ παρ. R., παρ. κ. ἐγκελ. vulg. 9. ἀπήγγειλε R., ἀπήγγελλε vulg. 14. ὕπερθεν κείμενον R., ὑπερκείμενον vulg., Intpr. *in agri superficie iacentem.* 16. ἀναβαλούσης edd. ex mg. Lugd., ἀναλαβούσης R. et Lugd.

quis, (neque enim nomen novi,) visus tamen est sibi videre virum senem, minime quidem notum, gravem alioquin et venerandum, et philosophiae studium tam vestis forma quam oblonga promissaque barba prae se ferentem, qui sibi inclamabat, tanquam exhortans ac mandans, hos versus:

> *Ne tumules inhumatum; at nudum linque cadaver*
> *Dilacerare canes, escamque volucribus esse:*
> *Mater enim Tellus cunctorum haud suscipit illum,*
> *Qui matrem est ausus facto vitiare nefando.*

Ille autem confestim prae metu expergefactus, somnium suum aliis renunciavit: atque hi initio quidem dubitabant, quonam somnium esset evasurum. Summo itaque mane cum surrexissent et institutum iter prosequerentur, transeuntes illum campum, situ locorum ita cogente, in quo subitariam sepulturam procurarant, reperiunt cadaver illud denuo nudum super tumulum iacens, perinde ac si terra illum spontanea aliqua ratione in apertum eiecisset, neque eum non discerptum atque absumptum asservare sustinuisset. Miraculo itaque spectaculi perculsi iter suum continuarunt, nullo amplius ex instituto ac more ipsorum officio ei praestito. Somnium enim expende-

λόγουν ἐντεῦθεν ὅτι δὴ οἱ Πέρσαι ποινὴν ἔχουσι καὶ τιμωρίαν A. C. 554 τῆς ἐπὶ ταῖς μητράσιν ἀκολασίας, τὸ ἄταφοι μένειν, καὶ ὑπὸ I. I. 28 τῶν κυνῶν ἐνδίκως διασπαράττεσθαι.

λβ'. Τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐς πεῖραν ἐλθὼν ὁ Χοσρόης, ὅμως τὸν Οὐράνιον πλέον ἀγάμενος ἦν καὶ ἐπόθει. αἴτιον δὲ B τούτου ὅπερ, οἶμαι, φύσει τῷ γένει πρόσεστι τῷ ἀνθρωπείῳ. πεφύκαμεν γὰρ ἅπαντες τὰ μὲν καθ' αὑτοὺς καὶ παραπλήσια φίλα ἡγεῖσθαι καὶ κάλλιστα, ἀλεείνειν δὲ καὶ ἐκτρέπεσθαι τὸ ὑπερβάλλον. τοιγάρτοι καὶ ἐνταῦθά οἱ ἐπανελθόντι γράμματά ποτε κεχαρισμένα ἔστελλεν, καὶ διδασκάλῳ ἐχρῆτο. ὁ δὲ οὐκέτι ἐφαίνετο ἀνεκτός, βρενθυόμενος τῇ τοῦ βασιλέως φιλίᾳ, ὡς καὶ ἀποκναίειν ἅπαντας ἔν τε τοῖς ξυμποσίοις καὶ ἀνὰ τοὺς συλλόγους, μηδέν τι ἕτερον ᾄδειν ἐθέλων, ἢ ὅπως αὐτὸν ἐγέραιρεν ὁ Χοσ- C ρόης, καὶ ὁποῖα ἄττα διελεγέσθην. καὶ πολλῷ σκαιότερος ἐπανῆκεν ἡμῖν ὁ γεννάδας ἢ πάλαι ὑπῆρχεν, ὥσπερ τοῦδε ἕνεκα μόνου τοσαύτην ὁδὸν ἀναμετρήσας. ὅμως, καίτοι φαυλότατός γε ὢν καὶ καταγέλαστος, ἀλλὰ τῷ πολλάκις ὑμνεῖν τὸν βάρβαρον καὶ δι' ἐπαίνου ποιεῖσθαι, αὐτὸς δή που κατὰ τὸ μᾶλλον ἔπεισε τοὺς πολλοὺς ὡς εἴη σφόδρα πεπαιδευμένος. οἱ γὰρ ἀταλαιπώρως ἅπαντα προσιέμενοι, καὶ ἀμφὶ ταῦτα δὴ τὰ ξένα καὶ παραλογώτερα τῶν ἀκουσμάτων διακεχηνότες, ῥᾳδίως ὑπή- D γοντο ἐπικομπάζοντί τε αὐτῷ καὶ σεμνολογουμένῳ, μήτε ὅστις

11. ἀνεκτῶς R. 15. γεννάδας R., γενναῖος vulg.

runt, et in eam inde sententiam venerunt, quod Persae hanc poenam et vindictam luant flagitiosi cum matribus suis congressus, inhumati manere et a canibus merito discerpi.

32. Horum autem virorum cum iam periculum fecisset Chosroes, nihilominus tamen Uranium plus et admirabatur et expetebat. Causa vero huius rei naturaliter, uti arbitror, humano generi est insita. Solemus enim omnes, quae ad nos propius accedunt similiaque nobis sunt, amica ducere et optima; refugere autem atque aversari quod maius est et superius. Quocirca et ei huc reverso amicissimas litteras mittebat, et magistro utebatur. Quo factum est, ut iam esset intolerabilis, regis amicitia turgidus atque elatus; omnes passim in conviviis et conventibus vellicans, neque aliam ullam cantilenam canens, quam quo honore ipsum affecisset Chosroes, et quibus de rebus inter se commentati fuissent; multoque ferocior nobis praeclarus ille vir rediit, quam antea fuerat, perinde ac si ea tantum de causa tantum itineris esset emensus. Cum alioquin esset homo vanissimus, planeque ridiculus, tamen eo ipso, quod barbarum regem frequenter celebraret ac depraedicaret, multis plane persuadebat, quod vehementer esset doctus. Qui enim leviter omnia admittunt, et peregrinis ac novis narrationibus avidis auribus inhiant, facile ab ipso magnificis splendidisque verbis eas ornante atque amplificante persua-

A. C. 554 ὁ ἐπαινῶν, μήτε ὅντινα ἐπαινοίη, καὶ ἐφ' ὅτῳ, διασκοποῦντες. I. I. 28 ἐς μὲν γὰρ στρατευμάτων παρασκευὴν καὶ ὅπλων εὐκοσμίαν, καὶ τὸ διαπαντὸς ἐν τοῖς πολέμοις διαπονεῖσθαι, δικαίως ἂν τις θαυμάσειε τὸν Χοσρόην, ὡς οὔτε ὄκνῳ εἴξαντα πώποτε, οὔτε τῇ τοῦ γήρως ἀσθενείᾳ· λόγων δὲ πέρι καὶ φιλοσοφίας τοιοῦτον αὐτὸν ἡγητέον ὁποῖον εἶναι εἰκὸς ἄνδρα ξυνόμιλόν τε καὶ ἀκροατὴν Οὐρανίου ἐκείνου ἀποδεδειγμένον.

1. ἐφ' ὅτε R. 7. ἐκεῖνον (sic) R.

debantur, neque quis esset laudator, neque quem laudaret, neque qua de re, considerantes. Nam quod ad exercituum instructionem et armorum rectam administrationem assiduamque bellorum exercitationem attinet, merito quispiam laudaverit Chosroem, quippe qui neque labori unquam cesserit, neque senectutis imbecillitati: in litteris vero et philosophia talis censendus est, qualem verisimile est esse virum, qui et sodalis et auditor Uranii illius sit declaratus.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ Γ.

AGATHIAE SCHOLASTICI
HISTORIARUM LIBER III.

ARGUMENTUM.

Agathiae querelae otium a rebus forensibus desiderantis (1). *Nachoragan Persarum dux creatur. Martini et Rustici in Gubazem, Lazorum regem, odium* (2). *Insidiis structis cum eo conveniunt* (3). *Gubazes ab Ioanne, Rustici fratre, occiditur* (4). *Lazorum indignatio. Romani Onoguris obsidionem parant* (5). *Persae fortiter resistunt* (6). *Turpis Romanorum fuga* (7). *Lazorum post caedem regis deliberatio* (8). *Oratio Aeetis, ut ad Persas deficiant, suadentis* (9, 10). *Contra Phartazes ad fidem Romanis servandam hortatur* (11, 12, 13). *Iustinianus Athanasium ad causam cognoscendam in Lazorum terram mittit. Rusticus et Ioannes in vincula coniiciuntur* (14). *Tzathes, Gubazis frater, Lazorum regnum accipit. Soterichus ad dona regia distribuenda in Asiam missus* (15), *a Misimianis oppressus cum liberis suis interficitur* (16). *Quo facto Misimiani ad Persas desciscunt. Dilimnitarum manus a Nachoragane adversus Hunnos Sabiros missa* (17), *ab his nocturno proelio victa conciduntur* (18). *Nachoragan, pacis conditionibus frustra oblatis, ad Phasidem urbem expugnandam se confert* (19). *Romani ex Neso ad eam communiendam et defendendam accurrunt* (20). *Munimenta navalia instruuntur. Pars Romanorum, proelio temere commisso, aegre in oppidum se recipiunt* (22). *Martinus ficto nuntio militum animos confirmat* (23). *Parte copiarum ad speculandum emissa, Nachoragan exercitum adversus oppidum ducit. Iustinus, Deum in propinquo templo adoraturus, inde progreditur* (24). *Revertens Persas oppidum summa vi oppugnantes a tergo adoritur* (25). *Primum sinistrum cornu eorum in fugam vertitur* (26). *Mox universi, turbatis ordinibus, ingenti clade fugantur* (27). *Multi Persarum lixae, qui in manus Romanorum inciderunt, misere pereunt. Nachoragan cum pedestri exercitu hibernatum in Iberiam proficiscitur* (28).

α΄. Τὰ μὲν οὖν παρὰ Πέρσαις νόμιμα, καὶ ἡ ποικίλη A. C. 554
τῆς σφῶν πολιτείας μεταβολὴ καὶ, ὁπόσα χρῆναι ᾠήθην περὶ I. I. 28 P. 72
Χοσρόου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν γένους εἰρῆσθαι, ταῦτα δὴ οὖν V. 52

1. Persarum instituta, variaque ipsorum reipublicae immutatio, et quaecunque de Chosroe eiusque genere mihi dicenda visa sunt, ea universa et quidem longiore oratione sum persecutus, et ad praece-

A. C. 554 ἅπαντα, εἰ καὶ μακροτέρῳ ἐξείργασται λόγῳ, καὶ οὐ λίαν ἔχε-
L. I. 28 ται τῶν προτέρων, ἀλλ' οὐ περιττά γε ἴσως δόξειεν ἄν, οὐδὲ
ἄχρηστα, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τὸ θέλγον, ὡς ἐμὲ ἡγεῖσθαι,
ξὺν τῷ ὠφελίμῳ ἀπειληφότα. ἐθέλω γάρ, εἰ ἐπ' ἐμοὶ εἴη, καὶ
περιπλείστου ποιοῦμαι, ταῖς Μούσαις, φασί, τὰς Χάριτας
B καταμιγνύναι. καίτοι ἑτέρωθί με καθέλκουσιν αἱ φροντίδες,
καὶ ἕπομαί γε οὔτι ἑκὼν εἶναι τῇ περιαγούσῃ ἀνάγκῃ. ἡ γάρ
μοι ξυγγραφή, τοῦτο δὴ τὸ μέγιστόν τε καὶ σεμνότατον ἔργον
καὶ πάσης ἀσχολίας ὑπέρτερον, εἴποι ἂν ἡ λύρα ἡ Βοιωτία,
ὁδοῦ τε καὶ βίου πάρεργον γίγνεται, καὶ οὐκ ἔνεστί μοι ὡς
P. 73 ἥδιστα ἐμβιῶσαι τοῖς ποθουμένοις. δέον γὰρ τοὺς πάλαι σο-
φοὺς σχολαίτερον ἀναλέγεσθαι μιμήσεως ἕκατι, ἅπαντά τε τὰ
ἑκασταχοῦ ξυμφερόμενα γνωματεύειν ἐς τὸ ἀκριβὲς καὶ ἀνα-
πυνθάνεσθαι, ἀνειμένον τε ἀμφὶ ταῦτα ἔχειν τὸν νοῦν καὶ
ἐλεύθερον· ἀλλ' ἔγωγε, ἥμενος ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ, βιβλίδια
πολλὰ δικῶν ἀνάπλεα καὶ πραγμάτων ἐξ ἑωθινοῦ μέχρι καὶ ἐς
ἥλιον καταδύντα ἐκμελετῶ καὶ ἀνελίττω· καὶ λίαν μὲν ἄχθο-
μαι τοῖς ἐνοχλοῦσιν, ἀνιῶμαι δὲ αὖθις εἰ μὴ ἐνοχλοῖεν, ὡς
οὐχ οἷόν τέ μοι ὂν τῶν ἀναγκαίων ἀποχρώντως ἐμπίπλασθαι
ἄνευ πόνου καὶ δυσπαθείας. πλὴν ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀνήσω τοὐμόν,
πρότερα χωρία κατάραντες, μεγίστης ἡδονῆς καὶ θυμηδίας
ἅπαντα ἔπλησαν τὸν στρατὸν, γεγηθότας ἐπὶ τοῖς ξυνενε-
χθεῖσι. καὶ οὖν ἀθροισθέντες ἅπαντες ἐς ταὐτὸ, ἀποχρήσα-
σθαι ᾤοντο χρῆναι κἂν τοῖς ἐφεξῆς τῷ καιρῷ καὶ τῇ τάξει
τοῦ προτερήματος. τοιγάρτοι ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις εὖ μά-
λα καθοπλισθέντες, ἐκδρομὴν ἀθρόον ἐκ τοῦ περιβόλου πε-
ποίηνται, καὶ προσβάλλουσι τῷ λοιπῷ πλήθει τῶν ἐφεδρευόν-
των βαρβάρων ἀνιωμένων ἔτι ἐπὶ τῇ ξυμφορᾷ καὶ κατεπτη-
χότων. τότε δὴ οὖν ὁ Γερμανὸς, ἅτε δὴ νεώτατος ὢν καὶ
οὔπω ἐντελῶς τὰς τῆς φύσεως ἐπέχειν ὁρμὰς καὶ ἐγκατείρ-
γειν δυνάμενος, ἀλλὰ πλέον τοῦ προμηθοῦς καὶ βεβηκότος
τῷ φιλοδοξοῦντι τοῦ τρόπου καὶ προθυμουμένῳ πέρα τοῦ B
μετρίου ἐγκείμενος, ἀφειδῶς ἐπῄει τοῖς πολεμίοις καὶ προὐ-
κινδύνευε, οὐ στρατηγικῶς ἐπείγων καὶ διατάττων, ἀλλὰ στρα- V. 118
τιωτικώτερον συμπλεκόμενος· τῷ τοι ἄρα καὶ πλήττεται βέ-

1. ἀπεπτύσσετο Par. 2. αὐτοὺς R., αὐτοῖς vulg. 3. ποτοῦ R. et Intpr. *insueta potione*, ποταμοῦ vulg. 9. ἅπαντα R. et Intpr. (Cl.), ἅπαντες vulg. 12. εὖ μάλα add. ex R. et Intpr. *armis quam optime communiti*. 16. νεώτερος Par. 17. ἐγκαθείργειν Suid. s. v. ἀφειδήσας.

alius alio disiectus est. Hunni vero, cum basis naviculae eos deficeret, confestim in profundum demersi sunt, insueta potione ingurgitati. Atque ita universi perierunt, neque quisquam omnino eorum ad continentem rediit.

23. Romani vero, abreptis confestim hostium armis, quotquot adhuc aequori innatabant, et ad priora loca reversi, summa voluptate et gaudio universum exercitum impleruut, felici successu ovantem. Quocirca omnes in unum collecti utendum esse etiam in posterum occasione reique bene gestae opportunitate censebant. Paucis itaque postea diebus sumtis armis, eruptionem confestim e muro fecerunt, reliquamque barbarorum multitudinem invaserunt, recenti adhuc clade moerentem atque perculsam. Tum vero Germanus, utpote admodum iuvenis, quique nondum perfecte impetus naturae frenare compescereque poterat, sed gloriae cupiditati audaciaeque magis, quam prudentiae securitatique ultra modum addictus, intrepide hostes adortus est, conflictusque discrimen adiit, non praefecti in morem urgens incitansque et mandans, sed ipse instar militis manus conserens; unde

A. C. 558 λει τὸν μηρὸν, ὡς μικροῦ δεῖν μελλῆσαι ἀπόμαχος ἔσεσθαι·
I. I. 32 πλὴν ἀλλ' ἡ τῶν ἐφεστηκότων πραγμάτων ἀνάγκη, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ἐγχειρήματος ἐγκρατέστερα τῆς ὀδύνης γεγένηται· καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκεν αὐτός τε μοχθῶν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐγκελευόμενος, πρὶν σφόδρα πημῆναι τὸ δυσμενὲς καὶ πολλοὺς ὅσους διαχειρίσασθαι. τότε μὲν οὖν διελύετο ἡ μάχη· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι αὖθις εἴσω τοῦ ἐρύματος ἐπανῆλθον, γινώ-
C σκοντες ὡς οὐκ ἀσφαλὲς αὐτοῖς οὐδὲ εὔβουλον κατὰ πολὺ τῷ πλήθει ἐλαττουμένοις, εἶτα μέχρι παντὸς συστάδην διαγωνίζεσθαι. εἰς τοῦτο δὲ ὅμως οἱ βάρβαροι ἤλασαν ἀπορίας ἐπί τε τῇ ἐκ τῶν ναυαγίων φορᾷ, καὶ ὅτι ἀθρόον οἱ Ῥωμαῖοι κατ' αὐτῶν προσβολὴν ἐποιήσαντο, ὡς μεθεῖναι αὐθημερὸν τὰ ἀμφὶ τὴν Χεῤῥόνησον πεδία, καὶ πρὸς τὸν Ζαβεργάν τε καὶ τὸν ἀμφ' αὐτὸν ὅμιλον ἀφικέσθαι, ἡττημένοι πρὸς ἡττημένους. οἱ δὲ ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα πρότερον ἐσταλμένοι, οὐδέν τι ἀξιαφήγητον ἔδρασαν, μήτε τῷ Ἰσθμῷ προσβαλόντες, μηδέ γε τὴν ἀρχὴν τὰς Θερμοπύλας παραμειψάμενοι διὰ τὴν φρουρὰν
D τῶν ἐκεῖσε ἱδρῦσθαι τεταγμένων Ῥωμαίων. τοιγάρτοι ἀποχωρήσαντες καὶ οἵδε, τῆς ἐπὶ τὴν Θρᾴκην εἴχοντο πορείας, ὡς ἐν αὐτῇ κατὰ τὸ εἰκὸς τοῖς ὁμοφύλοις προστεθησόμενοι, καὶ κοινῇ ταλοιπὸν ἐς τὰ σφέτερα ἐπανήξοντες. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ζαβεργὰν οὐ πρότερον ἀποστήσεσθαι ἔφασαν, πρὶν ἂν χρήματα

6. διαχειρίζεσθαι R. 11. ἀθρόαν vulg. 22. ἔφασαν R., ἔφρασαν vulg. χρήματα πολλὰ R.

et sagitta femur ictus est, ita ut parum abfuerit, quin ei pugna excedendum esset: praesentis tamen status necessitas et rei, quam aggressus erat, magnitudo dolorem vicit: neque prius destitit et ipse pugnare et aliis animos addere, quam ingenti damno hostes affecisset, plurimique ex iis essent caesi. Tum itaque soluta est pugna, et Romani se in suas munitiones receperunt, neque tutum neque consultum rati, si, cum longe essent copiis inferiores, stataria semper pugna cum hoste confligerent. Barbari nihilominus eo consternationis sunt redacti, partim ex naufragis tabulis, quae per mare raptabantur, partim quod Romani subitam in ipsos eruptionem fecissent, ut eo ipso die campis Chersoneso circumiacentibus excesserint, et ad Zabergan eiusque copias, victi ad victos, pervenerint. Qui vero in Graeciam antea missi erant, nihil plane memoratu dignum gesserunt, nullo in Isthmum impetu facto, sed ne Thermopylas quidem initio transgressi, quod illas Romanorum praesidia insedissent. Quocirca etiam hi discedentes, iter Thraciam versus sunt ingressi, ut in ea suae gentis hominibus coniuncti, simul deinceps ad sua reverterentur. Zabergan vero eiusque copiae non antea se discessuros iactabant, quam ingentem auri vim a Romanis abstulissent, quemadmodum

ὡς πλεῖστα παρὰ Ῥωμαίων κομίσαιντο, καθάπερ οἱ Οὐτίγου- A.C. 558
ροι· τούς τε αἰχμαλώτους, εἰ μὴ θᾶττον πρίαιντο οἱ ἐπιτή- I. I. 32
δειοι, ἀποσφάττειν αὐτίκα ἠπείλουν. ὁ δὲ βασιλεὺς χρυσίον
αὐτοῖς ἔστειλεν, ὁπόσον ἀποχρῆν ᾤετο ἔς τε τὰ λύτρα τῶν ξυν-
ειλημμένων, καὶ ὅπως εἰρηναῖοι τολοιπὸν ἀπαλλαγεῖεν τῆς χώ-
ρας. καὶ δὴ ἄλλους τε πολλοὺς ἀπέδοντο, καὶ δὴ Σέργιον τὸν
Βάκχου τὸν στρατηγόν· ἑαλώκει γὰρ ὀλίγου ἔμπροσθεν καὶ αὐ-
τὸς ἀπαισίᾳ τινὶ χρησάμενος τύχῃ, καὶ ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἐτέ- P.170
λει. οὕτω τε μόλις ἐπαύοντο λεηλατοῦντες, καὶ τῆς οἴκαδε
εἴχοντο πορείας, ἀναλαβόντες οὐκ ἐς μακρὰν καὶ τοὺς ἐκ τῆς
Ἑλλάδος ἀφικομένους.

κδʹ. Τοῖς μὲν οὖν τῆς πόλεως τῆς βασιλίδος ἀστοῖς αἱ
τοιαῦται ξυνθῆκαι ἀγεννεῖς εἶναι ἐδόκουν καὶ αἰσχραὶ καὶ ἀνε-
λεύθεροι· εἴγε ὥσπερ οὐ φορητὸν ὑπάρχον, ὅτι δὴ πλησιαί-
τατα τῆς πόλεως οἱ πολέμιοι ἀφιγμένοι καὶ ἐγγελάσαντες,
οὐκ αὐτοὶ πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν, ἀλλ' ἔτι καὶ χρυσίον
ἐκομίσαντο χαριστήριον, ὥσπερ ἡμῶν ἐς αὐτοὺς πεπλημμε-
ληκότων. ἡ δὲ τοῦ βασιλέως γνώμη ἐς ἄλλο τι μεῖζον ἑώρα, B
ὅπερ οὐκ ἐς μακρὰν ἀποβὰν ἔπεισε τοὺς πρότερον νεμεσῶν-
τας ὑπεράγασθαι αὐτὸν ὡς ἄγαν προμηθῆ καὶ ἀγχινούστατον·

1. *Οὐτίγουροι* correxi ex p. 300. 3, 303. 11. et Menandro historico., *Οὐττίγουροι* vulg., *Οὐτρίγουροι* R. 4. *τε* ins. ex R. 6. *δὴ* om. R. 8. *τινὶ χρησ.* R., *χρησ. τινι* vulg. 13. *ἀνε.....* R. cum lacuna usque ad *οὐκ αὐτοί*, tum autem pergit: *τοῦ πανωλ.* 14. *εἴγε ὥσπερ οὐ φορητὸν ὑπάρχον.* Ita haec, quae certe non bene habent, in Par. leguntur: in Lugd. et ed. pr. negatio omittitur. In R. lacunam esse iam dixi. Intpr. *nec plane existimabant id quodam pacto ferendum.* 16. *καὶ* om. R. 19. *ὅπερ* R., *ὥσπερ* vulg. et Intpr. 20. *ὡς* R., *ἐς* vulg.

Utiguri; et captivos, nisi ab eorum propinquis quamprimum redimerentur, confestim iugulaturos sese minabantur. Imperator vero tantum auri eis misit, quantum redimendis captivis suffecturum censebat, et ut pacifici deinceps regione excederent. Barbari itaque cum alios multos restituerunt, tum vero etiam Sergium Bacchi filium praefectum; captus enim fuerat etiam ipse paulo ante, infausta quadam usus fortuna, et inter mancipia censebatur. Atque ita aegre tandem a praedando abstinuerunt, et domum versus iter instituerunt, assumtis secum non multo post etiam iis, qui e Graecia advenerant.

24. Civibus itaque urbis regiae haec pacta parum honesta esse videbantur, immo turpia atque illiberalia; perinde ac si intolerabile esset, quod hostes, qui quam proxime ad urbem venerant, eique per ludibrium insultarant, non ipsi ad internecionem caesi essent, sed insuper etiam aurum donativum abstulissent, quasi nos in ipsos deliquissemus. Imperatoris vero mens atque consilium ad aliud quiddam maius respiciebat, quemadmodum eventus non multo post sub-

A. C. 558 ἔγνω γὰρ χρῆναι μᾶλλον ἁπάσῃ μηχανῇ ξυγκρούεσθαι τὸ βάρ-
I. 1. 32 βαρον ἐφ' ἑαυτὸ καὶ ἐκπολεμοῦσθαι. ὡς ἂν δὲ τοῦτο συμ-
βαίη, αὐτίκα, ἕως οἱ ἀμφὶ Ζαβεργὰν μαλθακώτερον ἐπορεύ-
οντο, ἔστελλε γράμμα παρὰ Σάνδιλχον τὸν ἕτερον ἡγεμόνα
ἔνσπονδόν τέ οἱ ὄντα καὶ μισθοφόρον. ἐδήλου δὲ τοιάδε
ἄττα τὸ γράμμα· „Εἰ μὲν ἐπιστάμενος τὰ παρὰ τῶν Κοτρι-
γούρων ἐφ' ἡμᾶς μεμελετημένα εἶτα ἑκὼν ἠρεμεῖς, θαυμά-
σαιμι ἂν εἰκότως σοῦ μὲν τῆς ἀπιστίας, ἡμῶν δὲ αὐτῶν τοῦ
C μὴ τῆς σῆς γνώμης ὀρθότατα ἐστοχάσθαι, ἀλλὰ περὶ τὴν
κρίσιν διαμαρτεῖν· εἰ δὲ οὔπω μεμαθηκώς, συγγνωστέον μὲν,
ἐπιδείξῃς δὲ ἂν οὐκ ἄλλως τὴν ἐπὶ τοῦ φθάσαντος ἄγνοιαν,
ἢ μόνῳ τῷ μὴ μετὰ ταῦτα μελλῆσαι. παραγεγόνασι γὰρ ἐν-
θάδε, οὐ τοῦτο μέλον αὐτοῖς καὶ ἐσπουδασμένον, ὅτι μὴ ὡς
ὁδοῦ πάρεργον, τὸ δεῖν λυμήνασθαι τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ διὰ
τῶν ἔργων δηλώσοντες, ὅτι δὴ τοὺς μείζονάς τε καὶ ἀρίστους
παρέντες ἐξηπατήμεθα, τὸ ἐπὶ σοὶ πεποιθέναι προὔργου
ποιούμενοι. οὐδὲ γὰρ ἀνεκτὸν εἶναι ἡγοῦνται, ἤν τις αὐτοὺς
ἴσους τε καὶ ἀμφηρίστους τοῖς Οὐτιγούροις ἀποκαλέσοι,
V. 119 οὐδὲ εἰ μετρίῳ τινὶ ὑπερβάλλειν, μόλις δὲ εἴγε σφόδρα πολ-
D λῷ. καὶ τοίνυν οὐκ ἀνῆκαν ἀνὰ τὴν Θρᾴκην ἀλώμενοι, πρὶν

2. ἑαυτὸ R., ἑαυτῷ vulg. 4. Σάνδιλχον R. vulg. et Menander, Σάνδιχλον Intpr. h. l., ut p. 303. v. 11. ed. Bonn. omnes. 6. πρᾶγμα R., sed in mg. γράμμα. Κοτριγούρων R. et Intpr., Κουτρ. vulg. 11. ἐπιδείξεις R. 12. Pro μετὰ Par. κατὰ. 16. τῷ R. in ord., τὸ in mg. 18. Οὐτριγούροις h. l. R. et vulg. 19. ὑπερβάλλοιεν Par.

secutus effecit, ut qui antea ipsum incusarant, tum ut valde prudentem summeque industrium maxima admiratione laudibusque prosequerentur. Statuerat enim omni arte allaborandum esse, ut inter se committerentur et colliderentur hostes, atque ita debellarentur. Quod quidem ut statim eveniret, interea dum Zabergan cum suis copiis lentius iter facit, litteras misit ad Sandilchum alterum Hunnorum ducem, foederatum sibi et mercenarium: litterarum huiusmodi erat argumentum: „Si quidem non ignarus eorum, quae Cotriguri in nos tentarunt, tua interim sponte quiescis, merito certe mirer tuam quidem perfidiam, tum vero nos ipsos, qui animum tuum non satis exploraverimus, sed circa iudicium et delectum erraverimus. Si vero ignarus adhuc eorum exsistis, condonandum id quidem est, nulla tamen ratione praeteritarum rerum ignorantiam nobis probaveris, quam hac sola, si eas posthac non neglexeris. Advenerunt enim huc, non eo animo et studio, (nisi fortassis accessorium hoc viae sit,) ut meas ditiones vastent, sed rebus ipsis declaraturi, quod ipsis ut praestantioribus fortioribusque contemtis decepti simus, cum tibi confidere maluerimus; neque enim hoc tolerandum esse censent, si quis eos et pares et dubiae cum Utiguris praestantiae vocet, neque si modica aliqua re superent, nedum valde magna. Quocirca non

τὸ χρυσίον ἅπαν, ὁπόσον σοι ἀν' ἔτος ἕκαστον μισθοῦ χάριν A. C. 558
δωρεῖσθαι εἰώθαμεν, αὐτοὶ ἐκομίσαντο· καίτοι ῥᾴδιον ἦν I. I. 32
ἡμῖν, ἢ ἄρδην ἅπαντας ἀποκτεῖναι, ἢ, τὸ γοῦν ἔλαττον, ἀπράκτους σφᾶς ἀποπέμψασθαι. ἐφήκαμεν δὲ ὅμως ἑκάτερα τῆς σῆς πειρώμενοι δόξης. εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀνδρειότερος εἶ καὶ φρενήρης, καὶ οἷος μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς τὰ σὰ σφετεριζομένοις, οὐδὲ νῦν ἔλαττον ἕξεις. πάρεστι γάρ σοι ἐν καιρῷ τὸ δυσμενὲς ἀμύνασθαι, καὶ τῇ μάχῃ κεκρατηκότι τοὺς οἰκείους μισθοὺς ἀπολαβεῖν, ὥσπερ δι' αὐτῶν σοι ἀπεσταλμένους. εἰ δὲ καὶ τοιαῦτα πρὸς αὐτῶν ὑβρισμένος ἡσυχίαν ἄγειν ἐθέλεις, δεδιώς, οἶμαι, καὶ τὴν αἰσχίστην ἑλόμενος ἀ- P. 171
πραγμοσύνην, σὺ μέν, ὦ γενναῖε, ἀπόμισθος ἔσῃ, ἐκείνοις δὲ τὰ παρ' ἡμῶν δεδωρήσθω· καὶ τολοιπὸν μέθες, εἰ δοκεῖ, τὸ φρόνημα, καὶ τοῖς κρείττοσιν εἴκειν διδάσκου. εὖ γὰρ ἴσθι, ὦ φέριστε, ὡς καὶ τὰς συνθήκας μεταθετέον ἡμῖν ἐπ' αὐτούς, ἃς δὴ πρὸς σὲ καὶ τὸ σὸν ἐθέμεθα γένος. ἀνόητον γὰρ καὶ ἄλλως τοῖς ἡττωμένοις συναδοξεῖν, παρὸν τὸ κρατοῦν οἰκειώσασθαι."

κέ. Ταῦτα ὁ Σάνδιχλος διὰ τῶν ἑρμηνέων ἀναλεξάμενος, εὐθὺς ἐχαλέπαινε καὶ ἐλύττα καὶ κατέχειν οὐ μάλα οἷός τε ἦν τὴν ὀργήν, ἀλλ' αὐθημερὸν ἵετο τίσασθαι τοὺς Κοτριγούρους τῆς ἐς αὐτὸν παροινίας. πῶς δὲ οὐκ ἔμελλεν ῥᾳδίως B

11. ὡς ἀπραγμ. R. 19. Σάνδιχλος iterum solus Intpr., Σαλχίλος R., Σάνδιλχος vulg. 21. ἵετο R. et vulg.

antea per Thraciam vagari destiterunt, quam aurum omne, quantum tibi quotannis mercedis causa largiri consuevimus, ipsi abstulissent. Atqui facile nobis erat, vel omnes funditus delere, vel minimum ipsos voti nequaquam compotes dimittere. Utrumque tamen omisimus, tuae voluntatis periculum facturi. Si enim revera fortior es et sapis, neque concedis tua usurpantibus, ne nunc quidem tibi dissimilis aut te ipso minor eris. Opportunitas enim sese offert hostes vindicandi, utque parta victoria mercedem tuam recipias, veluti per ipsos tibi delatam. Si vero tali contumelia ab iis affectus, quiescere malueris, metuens, ut arbitror, turpissimaeque inertiae te dedens, tu quidem, bone vir, mercedis expers eris, illis vero haec per nos donabitur; et deinceps animos, si videtur, depone et fortioribus disce cedere. Scito enim, nos foedera etiam nostra ad eos esse translaturos, quae tecum et cum gente tua inieramus. Dementiae enim fuerit etiam aliter, una cum victis in societatem ignominiae venire, cum liceat victoribus adiungi."

25. Haec cum Sandichlo per interpretes essent recitata, statim exacerbatus furebat, impotente ira percitus, eoque ipso die ad vindicandam Cotrigurorum in se contumeliam prorupit. Quo pacto enim non facile eiuscemodi verbis concitaretur animus barbarus et arro-

A.C. 558 I. I. 32 τοῖσδε τοῖς ῥήμασι διαταραχθῆναι ψυχὴ βάρβαρος καὶ αὐθάδης, καὶ ἀεὶ κερδῶν γλιχομένη; τοιγάρτοι κινήσας τὸν οἰκεῖον στρατὸν, πρῶτα μὲν ἐμβάλλει ἀθρόον τοῖς τῶν πολεμίων χωρίοις· καταπλήξας τε τοὺς αὐτοῦ μεμενηκότας τῷ ἀπροσδοκήτῳ, γύναια πολλὰ καὶ παῖδας ἠνδραποδίσατο. ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἐκ Θρᾴκης ἐπανερχομένοις ἄρτι τὸν Ἴστρον ποταμὸν διαπεραιωθεῖσιν ὑπαντιάζει ἐξαπιναῖα· καὶ πολλοὺς ὅσους ἀποκτείνας, τά τε χρήματα αὐτοὺς τὰ παρὰ βασιλέως καὶ ἅπασαν τὴν λείαν ἀφαιρεῖται. μόλις δὲ οἱ σεσωσμένοι ἐς τὰ σφέτερα ἤδη ἀπονοστήσαντες καὶ κατ' αὐτὸ τοῖς ἄλλοις γενόμενοι, ἐς
C πόλεμον τοῖς ἐναντίοις καθίσταντο· οὕτω τε ἐξ ἐκείνου ἐπιπλεῖστον ἑκάτεροι διετέλουν κατ' ἀλλήλων τρεπόμενοι, καὶ τὴν δυσμένειαν ἐμπεδοῦντες. νῦν μὲν γὰρ ἐφόδους καὶ λεηλασίας ἐποιήσαντο, νῦν δὲ ἐς ἐμφανῆ μάχην παρετάττοντο, ἕως ἑκατέρωθεν αἱ δυνάμεις διαῤῥυεῖσαι ἀνάστατοι ἄρδην γεγένηνται, ὡς καὶ αὐτὴν δήπου τὴν πάτριον ἐπωνυμίαν ἀποβεβληκέναι. ἐς τοῦτο γὰρ συμφορᾶς τάδε τὰ Οὐννικὰ ἔθνη ἐξώκειλεν, ὡς εἴπερ ἄρα τι αὐτῶν καὶ μεμένηκεν μέρος, σποράδην ἑτέροις
D δουλεύειν, καὶ ἐς τὸ ἐκείνων ὄνομα μεταβεβλῆσθαι. οὕτω δή τι αὐτοὺς ἐνεργότατα μετῆλθον αἱ ποιναὶ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων. ἀλλ' ἡ μὲν παντελὴς τοῖνδε τοῖν γενοῖν ἀνατροπὴ καὶ κατάλυσις χρόνῳ ὕστερον ξυνηνέχθη, καί μοι εἰρήσεται ἑκα-

3. πρῶτα R., πρῶτον vulg. 6. ποταμὸν om. R. διαπεραιωθεῖσιν R., περαιωθ. vulg. 7. ἐξαπιναῖα R., ἐξαπιναίως vulg. 10. κατ' αὐτὸ R., κατὰ ταὐτὸ vulg. 14. ἐποιήσαντο R., ἐποιοῦντο vulg. ἐμφανῆ R. (Cl.), ἀφανῆ vulg. 15. αἱ om. R. 21. καὶ κατάλ. R., καὶ ἡ κατάλ. vulg.

gans, semperque quaestui inhians? Motis itaque suis copiis, primum quidem repente hostilia oppida invadit, et habitatoribus inopinato insultu perculsis, magnam mulierum et puerorum vim captivam abduxit, deinde etiam in eos, qui e Thracia redierant et recenter Istrum fluvium traiecerant, ex improviso irruit, et quamplurimis caesis, pecuniam omnem ceteramque praedam iis eripit. Qui vero ex his evasere, cum aegre se ad suos recepissent reliquisque copiis coniunxissent, aciem adversus hostes instruxerunt, atque ita deinceps multo tempore in mutuas caedes conversi, inimicitias corroborarunt. Modo enim insultus faciebant praedasque agebant, modo aperta acie decertabant, donec fractis collapsisque utrimque viribus, penitus subversi deletique fuerunt, adeo ut patriam etiam appellationem amiserint: eoque calamitatis Hunnicae istae nationes sunt redactae, ut si aliqua adhuc eorum pars reliqua sit, sparsim aliis inserviat, et ab illis appellationem acceperit: adeo utique atroces poenas praeteritae suae impietatis luerunt. Absolutissima vero harum nationum eversio atque internecio postmodo accidit; singulaque mihi conveni-

στα προσηκόντως ἁρμοζομένῳ ὡς οἷόν τε τῇ τῶν χρόνων ὁμο- A. C. 558
λογίᾳ. τῆς δὲ στάσεως ἔτι ἀκμαζούσης καὶ κατὰ τὸ Βυζάντιον I. I. 32
ἀπαγγελλομένης, τότε δὴ ἅπασιν ἀνωμολόγητο καὶ διαδηλοτάτη ἐδείκνυτο ἡ τοῦ βασιλέως προμήθεια καὶ εὐβουλία, ὅτι δὴ τῶν βαρβάρων ὑπὸ σφῶν διαφθειρομένων, αὐτὸς ὅπλα μὴ κινῶν πάντως ἐνίκα τῇ γνώμῃ ἐφ' ἑκατέρᾳ ῥοπῇ τοῦ πολέμου, καὶ ἀπήλαυε τῆς ἐλπίδος. ἐπειδὴ γὰρ ἐμόχθουν ἑκάστοτε τοῖς οἴκοι δεινοῖς ἐνησχολημένοι, οὐκέτι κατὰ Ῥωμαίων χωρεῖν διενοοῦντο· ἀλλὰ καὶ ὅποι γῆς ἐτύγχανον ὄντες, τοῖς πλείστοις ἠγνόηντο.

enter servato, quoad eius fieri poterit, temporum consensu dicentur. Vigente vero adhuc seditione, et Byzantium renuntiata, tum demum cognita fuit manifesteque declarata Imperatoris prudentia et consilii rectitudo, quod nimirum barbaris se invicem conficientibus, ipse arma non movens, vicit omnino consilio in utraque belli inclinatione, et potitus est sua spe. Cum enim laborarent, quotidie domesticis malis occupati, haudquaquam deinceps Romanorum ditionem infestare in animum suum inducebant; sed et ubi terrarum essent, a plurimis fuit ignoratum.

BONAVENTURAE VULCANII

NOTAE

IN AGATHIAE HISTORIAS.

P. 178 *Pag.* 1. ed. Par. [p. 3. ed. Bonn.] Ἀγαθίου. Auctor hic
V. 126 ab omnibus vocatur *Ἀγαθίας*, ut et ipse de se loquens *pag.* 5. *lin.* 29. [8, 18.] *ἐμοὶ Ἀγαθίας μὲν ὄνομα.* In Epigrammatibus tamen interdum se vocat *Ἀγαθίον*.

Σχολαστικοῦ. Hoc est, *συνηγόρου*, sive advocati. Erant enim inter alias scholas sive collegia etiam iuris peritorum scholae, unde scholastici dicti. Iuri vero se legibusque Romanis operam dedisse testatur Agathias *pag.* 5, *lin.* 31. [9, 1.] *τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα, καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες.* et sub initium libri tertii testatur se a mane in vesperum in porticu regia forensibus negotiis implicari, ut pulcherrimo epigrammate ad Silentiarium, cuius initium est *ἐνθάδε μὲν χλοάζουσιν*, testatur se iuris studio occupationibusque forensibus ab agris et a sylvis et suavissimo in iis avium concentu, et ab amoribus suis avelli; his verbis, quibus epigramma claudit,

— *ἀλλά με θεσμοὶ*
εἴργουσιν ῥαδινῆς τηλόθι δορκαλίδος.

quod Ill. V. Ios. Scaliger ita vertit,

— *Sed me iuris tutela, piusque*
Dorcalide a tenera tam procul arcet honos.

Pag. 3. *lin.* 38. [6, 14.] *ἕτερά τε πολλά.* Haec ad lineam usque 12. *pag.* 4. [7, 3.] ad verbum *γιγνώσκειν* omisit vetus interpres, cum tamen elegantissimam contineant poëtices commendationem e Platone desumptam.

Pag. 5. *lin.* 33. [9, 2.] *Μύριναν.* Falluntur qui Agathiae patriam fuisse putant Smyrnam, quae vel locus Corinthi, vel Corinthus ipsa fuit; error inde meo iudicio natus, quod apud Suidam ita legatur, *Ἀγαθίας σχολαστικὸς σμυρναῖος*: cum *τὸ σμυρναῖος* non sit nomen patriae, sed referendum sit ad *σχολαστικός*. quod nimirum ibi scholasticum sive ad-
P. 179 vocatum egerit. tametsi medicorum potius scholis Smyrna

fuit celebris, ut iurisconsultorum Berytus. *pag* 4. *lin.* 35. [7, 16.] a voce ἀλλὰ usque ad *lin.* 2. *pag.* 7. [10, 8.] ad verbum ἀξίων omissa sunt a Persona vetere Agathiae interprete, quum tamen elegantissime in his historiam multum habere cum poëtica affinitatis ostendat, et patriam suam accurate describat; ac denique historicorum sui temporis adulatoria vitia perstringat, quod plerique eorum encomia, non historiam scribere videantur.

Pag. 8. *lin.* 21. [12, 11.] lege potius dualiter Ῥωμαίω. tametsi non verti *Romani erant,* sed *a Romanorum partibus stabant,* quod haec nomina Stotzas et Gontharis Romanorum appellationes nequaquam esse videantur.

Pag. 9. *lin.* 19. [13, 8.] ἄωτα. si durius videtur ἄωτα interpretari *inaudita* pro ἀνήκουστα, ut omnino Graecis ea significatione est insolens vox, lege potius ἄτοπα καὶ παράλογα.

Pag. 13. *lin.* 1. [17, 3.] οὐ νομάδες. *Campestres*; incertis sedibus errantes, ut Scythae, de quibus Horatius, *Campestres melius Scythae, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.* Nam *pastores*, ut vertit Persona, sunt νομῆες. *lin.* 5. [*l.* 6.] θείου θεραπείαν. Nimis quam inepte Persona *medelis* vertit, cum dicat, Francos religione et cultu numinis convenire cum Romanis. *lin.* 29. [19, 2.] ἐς ἐκείνου τοῦ καιροῦ. ἐς accipio pro ἕως, ut et Hom. ἔς τι pro μέχρι τινός.

Pag. 14. *lin.* 28. [20, 4.] ἐνέρσει. Est autem ἔνερσις nexus capillorum in acutum desinens, qui quidem in viris vocatur κρώβυλος, in mulieribus κόρυμβος, in pueris σκόρπιος. *lin.* 35. [*l.* 20.] Θευδέριχος* ἁλούς. Tametsi non male legi possit Θευδέριχος ἀδελφός, malui tamen veterem lectionem retinere, et lacunam supplere adiectione vocis νόσῳ: qua phrasi Agathias etiam alibi utitur, νόσῳ ἁλούς, *morbo correptus.*

Pag. 15. *lin.* 27. [22, 9.] lege οὐ τῶν τιθασῶν δήπου τούτων καὶ ἀροτήρων. nisi mavis subaudiri τὸ, ἐοικώς.

Pag. 17. *lin.* 28. [26, 18.] Ἀλανώ. Ita V. C. legendum omnino Ἀλεμάννω.

Pag. 20. *lin.* 21. [32, 16.] οὐκ ἀριθμητῇ. Suidas in voce Ἀλιγέρνης legit οὐ σταθμητῇ, recte. Est enim τὸ σταθμητόν idem quod μετρητόν; vox Arriano familiaris. *lin.* 31. [33, 9.] ἔνδηλοι. melius ἔκδηλοι. *lin.* 36. [*l.* 13.] ἔδοξε ἀποπειρᾶσθαι. Suidas legit ἔδοξε χρῆναι ἀποπειρᾶσθαι. *lin.* 21. [39, 4.] παρῆγε. Suidas legit παρήγαγε. *lin.* 22. [*l.* 4.] ἐναλλάγδην. Verti, *Complicatim,* συμπεπλεγμένως.

Pag. 24. *lin.* 1. [40, 10.] ἀτάσθαλον. Vocabulis Homericis frequenter et valde apposite utitur Agathias, quae annotarem explicaremque suis locis per Homerum, nisi Homerum potius per Agathiam commodius alias explicare statuis-

Agathias. 22

sem. *lin.* 10. [*l.* 18.] *μαθεῖν*. Suidas rectius legit *μεταμαθεῖν*.

Pag. 24. *lin.* 40. [42, 5.] *οὐ σύνηθες*. Suidas *οὐ γὰρ σύνηθες*.

Pag. 26. *lin.* 25. [45, 13.] *δυσθανατῶν* verti, *Cum morte conflictans*. qua voce in eadem fere significatione utitur etiam infra *pag.* 98. *lin.* 36. [189, 3.]

Pag. 27. *lin.* 12. [47, 2.] *ὑπερήμει*. Legendum omnino *ὑπερημέκτει*. hoc est *moleste et indigne tulit*. Frequens est apud Herodotum usus Ionici verbi *ἠμεκτεῖν*, quod interpretatur Scholiastes *δυσφορεῖν*. et *περιημεκτεῖν*, hoc est *ἀγανακτεῖν*, *δυσκολαίνειν*, *ἀνιᾶσθαι*. *molestia et moerore affici*: ita ut *τὸ ὑπὲρ* Agathiae significet *ὑπερβολὴν*, ut *τὸ περὶ* Herodoto *τὴν περισσότητα*. *lin.* 20. [*l.* 10.] *καὶ παιδείας μὲν αὐτῷ οὕτοι μάλα μεστῶς*. Vitium est Cod. MS. Legendum omnino *μετῆν*. ut et Suidas legit, et Agathias hac ipsa *pag.* *lin.* 11. [*l.* 1.] utitur, *εἰ μετῆν ἐν μέρει καὶ εὐβουλίᾳ τῇ ῥώμῃ*. multisque aliis in locis hac phrasi utitur.

Pag. 28. *lin.* *antep.* [50, 18.] *ὄνομα Ἰλλυρικόν*. Persona videtur legisse *ἔρυμα*. vertit enim, *Castello Illyrico*.

Pag. 29. *lin.* 19. [51, 13.] *ὁμολογία*. Crediderim Agathiam scripsisse *ὀγκολογία*.

Pag. 30. *lin.* 6. [53, 3.] *μεταπύργια*. Vitruvius haec intervalla turrium appellat. *lin.* 12. [*l.* 8.] *ἁρμοσταί*. *Moderatores* vel *correctores* rectius eos vocandos censui, quam
P. 180 ut Persona, *legatos*. *lin.* 39. [54, 9.] *μόνον*. Persona legit *βόνον*, quem etiam secutus sum; tametsi codicis mei lectio magis placet.

Pag. 31. *lin.* 9. [55, 5.] *ἐς νέωτα*. Misere lapsus est vetus Interpres vertens: *ad Neota oppidum*; qui error ipsum etiam Agathiae interpolatorem ita subterfugit, ut in Indice Agathiae annotarit, Neota oppidum, cum *ἐς νέωτα* significet *ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος*, in proxime sequentem sive novum annum. Redintegratum enim est bellum statim ineunte vere sequentis anni. Ita enim orditur secundum librum Agathias, *ἤδη δὲ τοῦ ἦρος ἐπιγενομένου*. *lin.* 19. [*l.* 13.] *τὰ ἀρχεῖα* verti *Archiva*, per quae eam Curiae partem, in qua haec asservantur, intelligo. *lin.* 22. [*l.* 15.] *κιγκλίδων*. Eleganter explicat etymon vocis latinae *cancellaria*, eiusque usum, arcendo scilicet vulgo. *lin.* 24. [*l.* 17.] *ὀπαδῶν πρωτοστάτης*. Hunc Primicerium domesticorum vocat Notitia Imperii. ita infra Agathias *pag.* 35. *lin.* 43. [80, 9.] *Ζάνδαλάς τε ὁ τῶν ὀπαδῶν ἐπιστάτης τοῦ τε θητικοῦ καὶ τοῦ οἰκετικοῦ*.

Pag. 34. *lin.* 32. [61, 22.] *παλίωξιν*. hoc est, ut recte interpretatur citans hunc ipsum Agathiae locum Suidas, *ἐξ*

ἐπιστροφῆς δίωξιν, quod ἐπιτήδευμα sive artem, μεταστροφάδην scilicet, hoc est retroversim in fuga pugnandi, Agathias barbaris peculiarem fuisse scribit infra *pag.* 64. *lin.* 4. [120, 15.] unde elegantissimum illum Hunnorum morem, et quo pacto ea ratione multo gravius hostem laedebant, petere potes. Est vero etiam παλίωξις vocabulum plane Homericum, de quo alias, ut supra pollicitus sum, commodior erit dicendi locus.

Pag. 35. *lin.* 8. [64, 4] καὶ θαμὰ τῇ σάλπιγγι καταβομβεῖσθαι. Annotavit hunc locum in suis Animadversionibus Hadrianus Iunius lib. 1. cap. 4. et versionem Personae, quae sic habebat, *et tuba classicum personante obtundi*, sic corrigit, *et confestim tuba classicum canente, ad signa turmatim* V. 127
cogi. addens, *id enim est meo quidem iudicio* καταβομβεῖσθαι, *instar apum examinis condensari, vel apum more convolare.* Ego hoc tantum Narseti propositum fuisse arbitror, ut et equitum et equorum aures crebro tubarum clangore personarentur eique assuefierent. Alia erant multa eo loco digniora, quae Iunii aut alioqui illius, qui totum Agathiam interpolavit, obelisco configerentur, cuius generis est illud καὶ τὰ λήϊα ἐμιαίνετο; quod ille ita vertit, *praedaque omnis conspurcabatur*, pro *segetes polluebantur*, cum videlicet passim sparsa iacerent cadavera. Vere autem Iunius caput illud hisce verbis claudit: *Libri materiam nasci mihi video, si cunctas, quae in eo authore latent, mendas sanare vel saltem stibio inducere velim.*

Pag. 36. *lin.* 4. [64, 17.] βρεττίᾳ. melius βρεττίῳ.

Pag. 37. *lin.* 12. [67, 5.] οὐ μάλα ἤρκεσεν ἐπαμῦναι. Verti *potuit.* Persona videtur legisse ἤρεσκεν. Vertit enim *cum fratri auxilia mittere nil placuisset.* *lin.* 14. [*l.* 7.] πυκνῆς. Testatus sum in Epistola ad Lectorem me pleraque veteris Codicis vitia ita ut erant consulto in hac editione reliquisse, eorumque correctionem Notis reservasse. Legendum itaque omnino πικένης, ut et verti, vel πευκεντίνης. *lin.* 24. [*l.* 16.] ἐν αὐτῷ δὴ τῷ αἰγιαλῷ τοῦ Ἰονικοῦ κόλπου. Hoc loco Adriam vocat Ionicum sinum, supra *pag.* 35. [65, 1.] dixit Adriam pertinere ad Hydruntem. hinc incipere Ionicum.

Pag. 38. *lin.* 11. [69, 9.] Ἀλπισκοτίας. Quod alii pluraliter duabus vocibus dicunt ἄλπεις κοτίας, hoc Agathias ignoratione linguae latinae unica voce per genitivum singularem protulit. *lin.* 46. [70, 18.] νηφάλεοι. Verti *sana* sive *integra mente,* hoc est σώφρονες: opponit enim hos duci ipsorum, de quo antea dixit: παραπλὴξ τε ἐγένετο καὶ ἐλύττα περιφανῶς, καθάπερ οἱ ἔκφρονες καὶ μεμηνότες. Notum est illud Epicharmi, νῆφε.

Pag. 39. *lin.* 8. [71, 8.] *μέλειν.* Frequens est in V. C. hic error τοῦ *μέλειν* pro *μέλλειν*, et vice versa. Ex mea versione facile erit cuivis haec talia emendare. *lin.* 46. [72, 20.] *ὡς καὶ ἐν αὐτῷ κεισόμενον πολέμου κατάρχεσθαι.* Somniat Persona, cum vertit, *ita ut vel dormienti sibi liceret iam bellum inferre.* pro, *tanquam in ipsius potestate futurum esset*
P. 181 *bellum instaurare, cum vellet.* Nimis nota est phrasis *θεῶν ἐν γούνασι κεῖται*, ad quam alluditur.

Pag. 41. *lin.* 32. [76, 2.] *παλιμβουλίαι.* Suid. *παλιμβολία.* utraque lectio est bona.

Pag. 42. *lin.* 5. [77, 1.] *προσάγει.* Suid. *παρεισάγει.* *lin.* 15. [*l.* 10.] *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι.* adde *κύριοι.* *lin.* 46. [78, 15.] *ἐφ' ὁτῳοῦν καὶ σφαλέντα.* Aut deest τὸ *πταίσαντα*, vel redundat τὸ *καί.*

Pag. 43. *lin.* 5. [79, 1.] *καὶ λίαν φρονοῦντι ἐῴκει.* Persona *et prudentiae sibi nimium vindicare.* Quam apte convenit prudentia cum eo quod praecedit *θρασύς γε ἦν καὶ ὑψαγόρας* scilicet. Immo vero hoc in eo damnabat Narses, quod ita esset pervicax et praefractus, neque illum facti sui poeniteret, sed adhuc sanguinarium animum et caedem spirantem prae se ferret. Quo fit, ut omnino legendum censeam *φονῶντι.* Suidas voce *φονῶντες. οἱ δὲ λεόντειον ἐβρυχῶντο φονῶντες*, hoc est, *φονῆσαι προῃρημένοι, caedis avidi.*

Pag. 44. *lin.* 16. [81, 10.] *θορύβῳ εἴχοντο.* Non male etiam legeris *εἵποντο.*

Pag. 47. *lin.* 8. [86, 19.] *οὐ δὲ ὡς πορρωτάτω.* Aut *παρέλκει τὸ οὐ δὲ*, aut legendum coniunctim una dictione *ἀδεῶς.* qua voce saepe utitur Agathias. *lin.* 19. [87, 6.] *σεσαγηνευμένοι.* Vetus Cod. aliam lectionem ad marginem habebat, *σεσαγμένοι.* quae et melior est et Agathiae usitata, pro *πεπληρωμένοι.* *lin.* 28. [*lin.* 13.] *ῥεῖθρα Κασωλίνου.* Citatur etiam hoc Epigramma libro, cui titulus, *φιλοπόνημα Κωνσταντίνου υἱοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ περὶ τῶν τῆς δύσεως ἤτοι Εὐρώπης θεμάτων*, Themate undecimo dicto *λογγιβαρδίας*: quem librum ad me misit Cl. V. et de omni literatura optime meritus Petrus Pithoeus. eumque volente Deo, ubi libentem nactus fuero typographum, (nam ille *περὶ θεμάτων ἀνατολικῶν* iam antea a me editus est,) in lucem emittam. In eo itaque Constantinus de Butelino ita scribit: *ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Ἰουστινιανοῦ, μᾶλλον δὲ Ζήνωνος, παρέλαβον οἱ Γότθοι τήν τε Νεάπολιν, καὶ τὰς λοιπὰς παρακειμένας πόλεις, ὧν ἦρχε Βουτελῖνος ὁ τῶν Φραγκῶν στρατηγὸς, ὃν κατεπολέμησεν ὁ Νάρσης παρὰ τὸν ποταμὸν Κασσουλῖνον, καὶ τελείως ἠφάνισε, καθὼς τὸ ἐπίγραμμα λέγει.* *lin.* 33. [*l.* 17.] pro *χεῦμα* Constantinus legit *ῥεῦμα*, et pro *δηρὸν*, *δεινόν.*

Pag. 48. *lin.* 1. [88, 16.] ἀκολασία. Rara significatione pro μωρία, ut et ἀκολασταίνω pro μωραίνω. *lin.* 8. [89, 1.] ὁ δὲ στρατηγός. adde διά.

Pag. 52. *lin.* 21. [97, 6.] ὑφ' ἑνὶ γὰρ ὑφαίνονται λίθῳ. Utitur metaphora, qua et Aeschylus in Prometheo: οὔτε πλινθυφεῖς δόμους προσήλους ἦσαν. et de Scythis οἳ πλεκτὰς στέγας ναίουσι.

Pag. 53. *lin.* 10. [98, 14.] καὶ ἀμαθέστερον τῆς διπλῆς ἐκείνης ἀγνοίας. De duplici hac ignorantia vide Platonem in Sophista, quam ἀμαθίαν vocat τὸ μὴ κατειδότα, δοκεῖν εἰδέναι, cum is, qui rem aliquam non intelligit, putat se intelligere. Ἀμαθία γὰρ θράσος, inquit Thucydides. et plerumque quo quisque indoctior, eo confidentior. quod malum si quem occupet, facit, ne magnos unquam in ulla arte aut scientia progressus facere possit. Nam ut recte ille, οἴησίς ἐστι ἐγκοπὴ προκοπῆς, quod ideo hoc loco dicendum putavi, ut bona ingenia ab hac οἰήσει veluti certissima studiorum peste sibi caveant.

Pag. 54. *lin.* 4. [100, 12.] τοῦτο δὴ τὸ τῆς ὕλης χωρίον. Verti, *quod haec regio,* terrena nimirum, sive potius terra ipsa. ita enim etiam infra *pag.* 151. *lin.* 31. [293, 22.] ὕλης vocabulum hac significatione accipio. *lin.* 9. [*l.* 17.] ἐν τῇ Ἀσίᾳ καλουμένῃ χώρᾳ. Persona sui similis turpiter et ipse errat, et alios Graecae linguae imperitos in errorem trahit, vertens *Trallis civitas olim in Asia, quae Chora nunc dicitur.* Non animadvertit τὸ Ἀσίᾳ hoc loco non esse nomen substantivum, sed adiectivum, positum pro Ἀσιατικῇ, et τὸ χώρα significare campum. Ego itaque ita verti, *Trallis urbs in Asio nunc ita dicto campo.* Est autem hic campus sive ager Asiaticus, quem Homerus ἰλ. α. Ἄσιον λειμῶνα vocat, dicens Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. qui et Καύστριος et per dialysin Καΰστριος dicitur, a flumine, qui loco est cognominis, et χώρα ipsa κεκαυμένη. Vide Eustathium in Hom. et Dionysium, et Strabonem lib. 12., qui ad locum hunc Agathiae explicandum optime facit. Causam enim addit, quare Trallis totaque illa ad Maeandrum fluvium regio sit terraemotui obnoxia: σχεδὸν δέ τοι εὔσειστός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν Μαιάνδρον χώρα, καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ P. 182
ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας. *lin.* 16. [101, 3.] Χαιρήμονα τοὔνομα. Simile huius Chaeremonis exemplum commemorat Philostratus lib. 2. βίων σοφιστῶν. in vita Aristidis; cuius verba operae pretium est hic adferre: ἃ δέ γε ἐπῆλθεν ἔθνη, Ἰταλοί τέ εἰσι καὶ Ἑλλάς, καὶ ἡ πρὸς τῷ Δέλτα κατῳκισμένη Αἴγυπτος. οἱ χαλκοῦν ἔστησαν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Σμύρναν ἀγορᾶς. οἰκιστὴν δὲ καὶ τὸν Ἀριστείδην τῆς Σμύρνης οὐκ ἀλαζὼν ἔπαινος, ἀλλὰ δικαιότατός τε καὶ ἀληθέστατος. τὴν

γὰρ πόλιν ταύτην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ σεισμῶν τε καὶ χασμάτων, οὕτω τι ὠλοφύρατο πρὸς τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μονῳδίᾳ θαμὰ ἐπιστενάξαι τὸν βασιλέα, ἐπὶ δὲ τῷ „ζέφυροι ἐρήμην αὐτὴν καταπνέουσι" καὶ δάκρυα τῷ βιβλίῳ ἐπιστάξαι, ξυνοικίαν τε τῇ πόλει ἐκ τῶν Ἀριστείδου ἐνδοσίμων πνεῦσαι. *lin.* 34. [*lin.* 17.] *χρήματά τε πλεῖστα ὅσα.* Strabo lib. 12. *ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν χρήματα ἐπιδοὺς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς, ἡνίκα τὸ γυμνάσιον καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν, ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τούτοις καὶ Λαοδικεῦσιν.*

Pag. 55. *lin.* 7. [102, 16.] lege, *Ἀνθ' ὧν συγγενέες τοῦθ' οἱ βρέτας.* In dedicationibus enim subauditur verbum. Virg.

Aeneas haec de Danais victoribus arma.

Pag. 58. *lin* 29. [109, 10.] *ἦν γὰρ ἐς ἅπαντα δραστήριός τε καὶ θαῤῥαλέος.* Lege haec per parenthesin. *δραστήριος* autem barbaris *activus*, ut et Galli *actif*, Hisp. bivo, bullicioso, Latine acer. et *τὸ δραστήριον,* (quod vocabulum Agathiae est admodum frequens,) acrimonia in rebus gerendis. Horat.

—— *Acer Deiphobus Excepit hostes.*

Pag. 59. *lin.* 26. [111, 8.] *παραβαλλόμενον.* rectius *περιβαλλόμενον.*

Pag. 60. *lin.* 11. [112, 15.] *Κοταίσιν.* rectius *Κοταίσιον. lin.* 24. [113, 6.] *ὅμως ἐμόχθει* etc. rectius meo iudicio legitur apud Suidam *ὅμως ὥσπερ τις νεανίας ῥωμαλεώτατος οὐκ ἀπηγόρησε* etc. *lin.* 25. [*l.* 7.] *φοράδην.* Interp. *impetu facto,* absurde: immo vero *gestatus,* lectica fortassis. *lin.* 42. [114, 1.] *ὄρνις ἢ οἱ κύνες.* Herodotus in Clio, *τάδε μέν τοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως περὶ τοῦ ἀποθανόντος, ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νεκὺς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. μάγους μὲν γὰρ ἀτρεκέως οἶδα ταῦτα ποιέοντας. Ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι. κατακηρώσαντες δὴ ὦν τὸν νέκυν οἱ Πέρσαι γῇ κρύπτουσι.* *lin. ultim.* [*l.* 9.] *ἐς τὸν ἀγαθοῦ.* addendum meo iudicio *δαίμονος.*

Pag. 61. *l.* 3. [114, 11.] *ἔμπνοι ἔτι ἄγονται.* rectius fortassis *ἐξάγονται.* *lin.* 16. [21.] *ἐκ τῶν σκότου πυλῶν.* Eurip. Hecuba, *ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών.* ita Hom. *πύλας ἅδου* periphrastice *τὸν ἅδην* vocat: per ingressum enim significantur interiora Orci. Nam *πύλη* vocatur ipse locus *τῆς εἰσόδου. θύραι* vero *αἱ σανίδες.* *lin.* 20. [115, 2] *ὑπὸ τοὺς χθονίους.* rectius *ὑπὸ τοὺς ὑποχθονίους* etc.

V. 128 *Pag.* 62. *lin.* 7. [116, 15.] *τόδε τὸ ἄγος ἀντ' ἐκείνης.* lege *ἐκείνου,* videlicet *ἄγους. ἄγος* autem prius vocat *μητροκτονίαν,* posterius *μοιχείαν.* quod eleganter per circumlocutionem vocat Homerus *ἔργον ἀεικές,* inquiens *καὶ ἀναίρετο ἔργον ἀεικές.*

Pag. 63. *lin.* 6. [118, 14.] *γεραίρουσι δὲ ἐς τὰ μάλιστα τὸ ὕδωρ.* Strabo de Persarum religione ita, *Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται· θύουσι καὶ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίτραν, καὶ σελήνην καὶ Ἀφροδίτην καὶ πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀνέμους καὶ ὕδωρ.* *lin.* 7. [*l.* 15.] *ὡς μηδὲ τὰ πρόσωπα αὐτῷ ἐναπονίζεσθαι, μήτε ἄλλως ἐπιθιγγάνειν, ὅτι μὴ πότου τε ἕκατι καὶ τῆς τῶν φυτῶν ἐπιμελείας.* Citat hunc Agathiae locum Ioannes Brodaeus in doctissimis suis in epigrammata Graecorum Commentariis, sed ita, ut a Persona fuit versus, immo perversus his verbis: *Venerantur autem quam maxime aquam, atque adeo, ut ne hac quidem faciem abluant, nec eam quoquam pacto attingant, sive potandi gratia, sive arbores irrigandi, sive ut aliascunque.* Absurda plane sententia. Quis enim nescit, ignem et aquam hominibus adeo esse necessaria, ut hominum societate indigni olim fuerint habiti quibus eorum usu interdiceretur? Nescivit Romanus ille interpres, *ὅτι μή* significare *nisi*, P. 183
vel *praeterquam.* Hoc enim vult Agathias, Persas aqua in necessariis tantum ad vitam humanam rebus, potus nimirum et irrigandi plantas causa usos fuisse, non autem *ἄλλως*, hoc est *temere.* *lin.* 12. [*l* 19.] *τὸ δὲ πῦρ αὐτοῖς τίμιόν τε εἶναι δοκεῖ καὶ ἁγιώτατον.* Herodotus in Thalia; *Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσιν εἶναι τὸ πῦρ. τὸ ὦν κατακαίειν τοὺς νεκροὺς οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισίν ἐστι. Πέρσῃσι μὲν διόπερ εἴρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγουσι νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου.* Strabo: *Τοὺς δὲ φυσήσαντας ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας ἢ βόλβιτον θανατοῦσι.* Quanto vero in pretio fuerit apud Persas ignis et aqua, testatur elegantissimum Dioscoridis epigramma Anthologias lib. 3. tit. *εἰς δούλους*, quod quidem ita habet:

Εὐφράτην μὴ καῖε φιλώνυμε, μηδὲ μιήνῃς
Πῦρ ἐπ' ἐμοί. Πέρσης εἰμὶ, καὶ ἐκ πατέρων
Πέρσης αὐθιγενής. ναὶ δέσποτα. πῦρ δὲ μιῆναι,
Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.
Ἀλλὰ περιστείλας με δίδου χθονί. μὴ δ' ἐπὶ νεκρῷ
Λουτρὰ χέῃς. σέβομαι δέσποτα καὶ ποταμούς.

lin. 13. [*l.* 21.] *ἐν οἰκίσκοις τισὶν ἱεροῖς.* Haec templa apud Persas vocabantur *πυρεῖα*, Straboni lib. 15. *πυραιθεῖα* dicuntur, qui et in Cappadocia multa fuisse Persicorum deorum templa testatur, et Magos eorum sacerdotes *Πυραίθους* dictos fuisse. Ita Romani perpetuum in Capitolio ignem Vestae servabant.

Pag. 66. *lin.* 3. [124, 14.]. *ὡς ἐν ταῖς βασιλείοις διφθέραις ἀναγεγραμμένα.* Verti, *ut in regiis membranis conscripta.*

Ita veteres glossae: *Διφθέρα, τὸ βιβλίον*; membranum, codex. Continebat vero hic codex eorum, qui tam civiles quam militares dignitates administrabant, nomina, genus, insignia et stipendia, cum magistratus codicillis et principum mandatis. Is codex postea laterculi nomine est appellatus; ut et Cedrenus *πλινθίον* vocat a similitudine videlicet et forma lateris cocti. quemadmodum et olim pugillares a triangulari forma ad imitationem literae *Δ*, *Δέλτοι* et *δελτωτὰ βιβλία* dicta fuerunt. Huic vero codici laterculi nomen sub Antoninis inditum fuit. Tertullianus enim, qui ea aetate vixit, agens adversus Valentinianos, ubi loquitur de animabus natura bonis, quas Valentinus beatas esse statuebat: *Ex earum*, inquit, *laterculo et in reges et in sacerdotes allegare consueverat.* Erat vero laterculum sive codex ille, de quo diximus, vel membranaceus vel membrana obtectus. Ita Hispani, apud quos hodie multa exstant antiquitatis vestigia et praeclara monumenta, codicem vetustissimum, unde illi familiarum suae gentis genealogias petunt, vocant El libro del Bezerro. quod idem est atque *διφθέρα* sive codex membranaceus. Recte autem Etymologicus Graecus *διφθέραν* interpretatur *γραμματεῖον, ἢ βιβλίον ἢ βύρσαν.* Putidam vero, ut in aliis multis vocabulis, etymologiam adfert, dictam *διφθέραν* quasi *δυοφέραν, τὴν ἐν τοῖς δύο μέρεσι φέρουσαν γράμματα.* *lin.* 40. [126, 8.] *τῶν Ὀλόρου.* Annotavit hunc locum olim Hadrianus Iunius lib. Animadversorum primo, ubi merito nimis quam ridiculam Christophori Personae versionem exagitat. Et recte caput illud hisce verbis claudit: *libri materiam nasci mihi video, si cunctas, quae in eo authore latent, mendas sanare vel saltem stibio inducere velim*: cuius viri hoc loco authoritatem interponere libuit, ut intelligant malevoli quidam homines et alieni laboris obtrectatores iniquissimi, quam parum huius interpretis versione adiutus fuerim. *lin.* 50 [*l.* 16.] *τὸ ἀκραιφνὲς ἐκεῖνο τῶν παλαιῶν ὀνομάτων ἐλευθέριον.* Hadr. Iunius lib. et capite modo citatis hunc locum ita vertit: *qui enim fieri potuit, ut pura illa veterum nominum libertas, quae, (omitto rerum naturam,) cum primis est proficua et opportuna, in agresti et barbara lingua conservetur?* alienius paulo cum a mente Agathiae, tum vero a proprietate vocum Graecanicarum. Ego malui vertere: *qui enim fieri poterat, ut puritas illa veterum nominum et nativa gratia, et praeterea*, (nam hoc est *τὸ*
P. 184 *πρός γε*, familiaris admodum Agathiae phrasis) *rerum ipsarum naturae congruens, valdeque accommodata, in agresti quadam ineptissimaque lingua conservaretur?* *τὸ ἐλευθέριον* enim sive *ἐλευθεριότητα* interpretor, non *libertatem*, sed *τὴν μὴ κατὰ κιβδήλειαν χάριτα*: hoc est *nativam minimeque fu-*

catam vel adulterinam gratiam et venustatem. Nam quod Persona vertit, *veram illam et liberam veterum nominum pronuntiationem*, nimis est absurdum.

Pag. 67. *lin.* 4. [126, 19.] γεγανωμένος. Hadr. Iunius legit γεγαννυμένος, et vertit *delinitus.* mihi magis placet mei veteris codicis lectio γεγανωμένος. tametsi et γάννυσθαι et γανῶσαι eadem significatione accipiantur. Suidas tamen hunc locum citans legit γεγαννυμένος. *lin.* 4. [*l.* 20.] δίαιτάν τε λαχὼν ἐς ὅ, τι βαρβαρικωτάτην. Hadr. Iunius eodem loco ita vertit: *vivendi genus parum civile sequutus.* quod in graeco textu, quem ipse ibi allegat, est βαρυτάτην: quod cum interpretatur, *parum civile vivendi genus*, parum commode sententiam Agathiae exprimit, quae haec est, Chosroën natione barbarum et lingua, exiguos in philosophia progressus facere potuisse: etiamsi interpretem habuerit, qui sibi Graecorum philosophorum scripta in Persicam linguam verterit, quod lingua illa parum ad hoc sit idonea. *lin.* 31. [128, 3.] τοῦ κρείττονος πέρι. Hadr. Iun. *de summo bono*, immo *de Deo.* usitata admodum Agathiae huius vocabuli significatione. Ibid. ἀνακυκλοῦντας. Suidas legit ἀνακυκλῶν. non ita recte. *lin.* 33. [*l.* 5.] γραμματικοῦ. Suidas legit γραμματιστοῦ. *lin.* 35. [*l.* 6.] οὐδὲ μὴν βίῳ ἀρίστῳ ἐκδεδιῃτημένοι. Hadr. Iun. *nedum elegantiore vita educti.* Ego verti *sed nec satis frugi homines*, hoc est, vitae parum probae. *lin.* 37. [*l.* 7.] ὑπερβάθμιον τὸ λεγόμενον πόδα τείνειν. Citat hoc proverbium Suidas in hunc modum: ὑπερβάθμιον πόδα ῥίπτειν, ἀντὶ τοῦ ἀτάκτως ποιεῖν τι. cui adiungit testimonium anonymi, ut saepe facit, authoris: οὐδὲ ὑπερβάθμιον πόδα ῥιπτῶν κατὰ τὸ λόγιον εἰς τὴν θεοσέβειαν, ἀλλὰ μέτρα ὁρίζων ἑαυτῷ τῆς ἡλικίας ἄξια. γνησίῳ καὶ καθαρῷ συνειδότι μεταχειρίζων τὰ περὶ τοὺς θεούς. Cui explicationi locus est plane geminus apud Marinum in vita Procli, qui iusto ordine illum processisse ad Platonis μυσταγωγίαν inquit his verbis: ἐν ἔτεσι γοῦν οὔτε δύο ὅλοις πάσας ἐκείνῳ τὰς Ἀριστοτέλους συνανέγνω πραγματείας· λογικὰς, ἠθικὰς, πολιτικὰς, φυσικὰς, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτας θεολογικὴν ἐπιστήμην. ἀχθέντα δὲ διὰ τούτων ἱκανῶς ὥσπερ διά τινων προτελείων καὶ μικρῶν μυστηρίων, εἰς τὴν Πλάτωνος ἦγεν μυσταγωγίαν, ἐν τάξει, καὶ οὐχ ὑπερβάθμιον πόδα, κατὰ τὸ λόγιον, τείνοντα. E quibus facile intelligitur Agathiam de iis loqui, et proverbiale hoc loquendi genus usurpare, qui non iis artibus ac disciplinis, quibus oportebat, instructi, neque iusto ordine progredientes, ad gravissimas hasce et periculosissimas de deo quaestiones temere agitandas se conferunt. quibus, aut aliis eius generis utinam non hodie οἰνοπωλεῖα frequenter, ut Agathiae aetate, τῶν βιβλίων πωλητήρια personarent. quamvis in his ipsis audiantur quotidie multa hisce indigniora.

Pag. 68. *lin.* 6. [129, 4.] ἐκολώα, καὶ μακρηγορῶν οὐκ
ἀνίει. Homer. ἰλ. β. Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκο-
λώα, hoc est, ἐθορύβει, tumultuabatur, nullumque ver-
borum finem faciebat. Nam ita recte explicat Agathias
Homericum illud Thersitae epitheton ἀμετροεπής. *lin.* 25.
[*l.* 19.] θαμὰ ὁμιλῶν τῇ θηρικλείῳ. Haec, et praecedentia a
lin. 23. [*l.* 17.] ab his verbis ἐς γὰρ τὰ δώματα ad haec usque
verba, *lin.* 31. [130, 3.] ἀλλὰ γὰρ etc. omisit Persona, con-
sulto arbitror, ut parum a se intellecta. Interpolator Aga-
thiae in hac de Uranio narratione multa esse vitiata et
mutila testatur, quae nimis prolixum futurum fuisse dicit
omnia retexere; adscribam tantum, inquit, verba pluscu-
lorum (credo addi debere *versuum*) quae uno loco desunt:
V. 129 quae quidem dum latine vertit, prudentius meo quidem
iudicio fecisset, si cum aliis sexcentis locis praeterisset, ne-
que attigisset. Nam quod illud θαμὰ ὁμιλῶν τῇ θηρικλείῳ
interpretatur, *frequenter cum proma conda colloquens*, ni-
mis est frivolum ac putidum. Fefellit illum articulus foe-
mininus τῇ praepositus voci θηρικλείῳ. Foeminam itaque
aliquam significari ratus, legit θυρικλείῳ, vertitque *promam
condam.* quae tamen vox, si proba esset, ianitricem po-
P. 185 tius significaret, quam eam quae cellae vinariae curam ge-
rit, quod muliebre officium apud veteres fuisse nequaquam
probaverit: ego itaque non θυρικλείῳ, sed τῇ θηρικλείῳ le-
gendum esse, ut habet meus Codex MS, constanter affirmo,
et subaudiendam esse vocem κύλικι. Verti itaque, *Theri-
cleum poculum frequenter ori admovens*, sive, *frequenter
contrectans*: eleganti plane significatione verbi ὁμιλεῖν. Di-
cebatur autem veteribus Thericleum poculum, auritum et
capacius, quo Herculem olim uti solitum author est Alexis.
Fidem facit Athenaeus lib. Dipnos. 12. qui et haec adiicit,
ὅτι δὲ κύλιξ ἐστὶν ἡ θηρίκλειος σαφῶς παρίστησι Θεόφραστος
ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ. διηγούμενος γὰρ περὶ τερμίνθου,
φησὶ τορνεύεσθαι ἐξ αὐτῆς κύλικας θηρικλείους. Primum vero
horum poculorum inventorem fuisse scribit Thericlem quen-
dam Corinthium figulum, a quo et poculo nomen. Eustath.
in ἰλ. σ. poculum hoc διγενῶς usurpari solitum scribit, θη-
ρίκλειος scilicet et θηρίκλειον. ut omnino necesse sit in priori
subaudiri, κύλιξ: in posteriori, ποτήριον. Vult autem ita
dictum vel ab authore Thericle, vel quod θηρίων μορφαὶ
αὐτῷ ἐνετυποῦντο. quod ferarum figurae in iis efformatae
essent: ἢ διότι θῆρας κλονεῖ. σπένδουσι γὰρ καθ' αὐτῶν κύ-
λιξι τοιαύταις. Sed de his plus satis. Illud obiter monebo,
loco Athenaei iam citato pag. edit. Basil. 232. lin. 39. le-
gendum ὦ γαῖα κεραμῖτι, σε Θηρικλῆς ποτε ἔτευξε. *lin.* 29.
[130, 1.] ἑωλοκρασία. Potus qui multo ante mistus sive tem-

peratus fuit. ἕωλα enim τὰ ἀρχαῖα. Unde et ἑωλόνεκρος, ὁ πρὸ πολλοῦ τεθνηκώς. Vocatur et λατάγη, τὸ λεῖμα (non ut in Suida legitur λῆμα) ποτηρίου. hoc est τὸ λείψανον. *lin.* 20. [*l.* 5.] ἀφιγμένος. Verti *adductus*, ea ratione qua ἀφῖγμαι significat παραγέγονα. *lin.* 33. [*l.* 12.] αὐτοῦ. verti, *ibi*. aut si mavis, lege αὐτός που.

Pag. 69. *lin.* 13. [131, 6.] Εὐλάμιος. alias Εὐλάλιος, forte, Εὐλάβιος. *lin.* 16. [*l.* 9.] ἄκρον ἄωτον. Ita vocant quod in quaque re est summum et praestantissimum. Callimachus:

Δοιῇ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι μέλισσαι,
Ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει
Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον.

Pind. θάλλων μουσικῆς ἐν ἀώτῳ.

Pag. 72. *lin.* 14. [138, 8.] σεμνότατον ἔργον καὶ πάσης ἀσχολίας ὑπέρτερον. vide pag. 125. [241.] *lin.* 15. [139, 1.] καὶ τὸ λεγόμενον, ἐν τῷ πίθῳ φιλεργοῦντι τὴν κεραμείαν. De hoc proverbio ita Tarrhaeus et Didymus proverbiorum Graecorum collectores accuratissimi: παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μὲν μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἁπτομένων δὲ εὐθέως τῶν μειζόνων, τουτέστι τῶν παριέντων τὰς πρώτας μαθήσεις, καὶ ἐφιεμένων τῶν τελευταίων. ὡς εἴ τις μανθάνων κεραμεύειν, πρὶν μαθεῖν, πίνακας ἢ ἄλλο τι τῶν μικρῶν πλάττειν, πίθῳ ἐγχειροίη. Δικαίαρχος δέ φησιν ἕτερόν τι δηλοῦν τὴν παροιμίαν, οἱονεὶ τὴν μελέτην ἐν τοῖς ὁμοίοις ποιεῖσθαι, ὡς κυβερνήτης ἐπὶ τῆς νηὸς καὶ ἡνίοχος ἐπὶ τῶν ἵππων. Atque utinam magnum illud Hollandiae sidus Tarrhaei, Didymi, Zenobii, Apostolii, ac praecipue Diogeniani Adagia graece seorsim edidisset, suasque ad illa annotationes adiecisset; neque ita graeca latinis miscuisset. melius, meo quidem iudicio, de utraque lingua meritus fuisset. Quo vero sensu Agathias hoc proverbium usurpet, ipsemet declarat, ex iis quae praecedunt. πλὴν ἀλλ' οὐδ' ὡς ἀνήσω τοὐμὸν, οὐδὲ παύσομαι ἔστ' ἂν ὁ ἔρως με ἄγῃ, εἰ καί μοί τις νεμεσήσειεν, ὡς ὑπερτέρων ἐφιεμένῳ. Nam et antea dixit se scriptionem historiae, quod praecipuum ἔργον esse debebat, πάρεργον facere, idque praeter suam voluntatem, quod nimirum praxi forensi volens nolens per totum diem vacaret, ut consuleret rei familiari. meminit etiam huius proverbii Apostolius, in adagio, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν.

Pag. 73. *lin.* 35. [139, 17.] τὸ μέρος. Forte τὸ αὐτῶν μέρος.

Pag. 76. *lin.* 19. [144, 21.] ἐτύγχανε γὰρ ἐναλλάγδην ἔχων τὼ πόδε ὑπὲρ τὸν αὐχένα τοῦ ἵππου. Secutus sum verba authoris. Quisnam vero sit hic positus pedum in cervice equi, aut quaenam haec sessionis ratio, plane non intelligo: suspicor locum non vacare mendo.

Pag. 76. *lin. ult.* [146, 4.] *οἷς γε οὐδὲ ὄνομα νεὼς ἠκούετο.* Suaviter somniabat Persona quum vertebat, *ut apud quos non antea fuisset celebre aliquod fanum*: pro, *quippe quibus ne nomen quidem navis erat auditum.* neque enim possum quin subinde aspergam aliquid hisce notis ex crassioribus interpretis illius erroribus, ut sciant lectores quam parum Latinis versionibus sit fidendum, nisi ad Graeci textus fidem revocentur.

Pag. 78. *lin.* 31. [149, 4.] *σχολαίτερον. σχολαιότης ἡ μέλλησις* et *ἐπιμονή. lin.* 39. [*l.* 11.] *ὀλίγους δὲ εἴγε ἄρα στέλλειν.* Ita Vetus Codex. Putaram legendum *εἴγε ἄρα δοκείη.* atque ita verteram, *si ita videretur.* Iosephus Scaliger mavult legere *ὀλίγους ἔδει γε ἄρα.*

Pag. 80. *lin.* 6. [152, 3.] *καθάπερ πανικοῦ δείματος ἐμπεσόντος.* Miror hoc proverbium a Tarrhaeo non citari. Vide Suidam in *Πανικῷ δείματι.* qui Panicum hunc pavorem excitari scribit, *ἐπὶ τῶν στρατοπέδων ἡνίκα αἰφνίδιον οἵ τε ἵπποι καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐκταραχθῶσι, μηδεμίας αἰτίας προφανούσης.* Pind. Nem. hos *δαιμονίους φόβους* vocat, inquiens *ἐν γὰρ δαιμονίοις φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν.* Causam proverbii adfert etiam Suidas: *ὅτι τὰ ἄνευ αἰτίας τῷ Πανὶ ἀνετίθεσαν.* Cicero frequenter hoc utitur: scis quaedam, inquiens, *πανικὰ* dici, item *τὰ κενὰ τοῦ πολέμου.*

